



Staats- und
Universitätsbibliothek
Bremen

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Digitale Sammlungen

Bibliotheca Historico-Philologico-Theologica Classis ...

Hoffer, Rudolf Hoffer, Rudolf

Bremen, 1718

urn:nbn:de:gbv:46:1-6093

BIBLIOTHECA

Historico-Philologico-

THEOLOGICA.

Classis primae

FASCICULUS QUARTUS.



FRANCOFURTI & LIPSIÆ.

BREMAE.

Typis & impensis RUDOLPHI HOFFERI
& prostat apud Joh. Andr. Grimm, Bibl.
Anno. M D CC XVIII.

VIRO

*Celeberrimo atque summe
venerando*

HIERONYMO

SIMONIS

van ALPHEN,

Sacrofanctae Theologiae

DOCTORI,

& in

Alma provinciae Ultrajectinae
Academia

Professori publico ordinario

VIRO SCRIPTIS MERITISQUE DE
REPUBLICA CHRISTIANA ET
STUDIIS SANCTIORIBUS
LONGE CLARISSIMO.

Quar-

Quartum hunc hujus

BIBLIOTHECAE

FASCICULUM,

In summae observantiae

tesseram & monumentum

publicum inscribunt,

Utque, qua pollet, benevolentia

Conatibus suis annuere

Et pulcherrimo suo exemplo

ILLIS COMPROBANDIS, JUVANDIS

ATQUE EXORNANDIS,

Aliorum quoque studia acueret


velit,

PUBLICO NOMINE OBTESTANTUR

EDITORES.

Continentur hoc fasciculo :

- I. Joh. Laur. MOSHEIM demonstratio *sectæ Nicolaitarum* adversus ejus oppugnatores. p. 381.
- II. Gerh. OUTHOVII *Commentarii in Psalmum I.* collata cum textu Ebraico LXX-Vi-rali versione continuatio. p. 447.
- III. Christoph. Aug. HEUMANNI Gymnaf. Gottingensis Inspect. & SS. Th. Prof. *de Abrahami visione Christi*, ad locum Joh. VIII. 56. dissertatio. p. 473.
- IV. Frid. Ad. LAMPE *de die Christi ab Abrahamo visa* ad locum Joh. VIII. 56. exercitatio. p. 485.
- V. EPISTOLA, qua mendacium nunquam licitum esse demonstratur, opposita Epistolæ Anonymi in Diario Gallico T. V. part. II. Sect. 2. p. 518.
- VI. Excerpta ex literis Jo. DIECMANNI Superattendentis generalis &c. in quibus suam *de Ormista Orosii* conjecturam exhibet. p. 546.
- VII. *Scripta Eristica* inter Viros Clarissimos D. A. DRIESSENIUM, D. T. H. van den HONERT & J. WITTICHIUM nunc nuper reciprocata. p. 550.
- VIII. Theod. HASÆI *de lapide fundamenti*, cui olim arca fœdëris imposita fuit, *dissertatio recensita*. p. 560.
- IX. Nova quædam Theologico - Historico - Literaria. p. 572.



I.

JOANNIS LAURENTII
MOSHEIM,

Lubecensis,

DEMONSTRATIO

Seclae NICOLAITARUM

Adversus

Doctissimos ejus oppugnatores,

Ad

Virum Maxime Reverendum Amplissimumque

THEODORUM HASAËUM,

Sublimioris scientiae Doctorem & apud Bremenses

Interpretem,

Aristoteles ad Nicomachum Libro I. cap. VI.

p. m. 48. ed. Riccoboni Hanoviae

M DC X. in 8.

Δεί ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς ἀληθείας καὶ τὰ οἰκεία ἀναί-
ρεῖν, ἄλλως τε καὶ φιλοσόφος ὄντας ἀμφοῖν γὰρ
ὄντων φίλοι, ὅσιον προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν.

IV. Fascicul.

B b

Ju-

Judicem TE posco, Vir Eruditissime, controversiae, quae TUAM maxime cognitionem requirit. Res agitur sacrarum antiquitatum, rerumque priscis in coetu Servatoris temporibus gestarum, quarum TE vix ullus peritior est. Fides sanctissimorum Patrum sub examen vocatur. Quis hic TE melius judicare poterit, qui longo usu ipsis conjunctissimus es? TE itaque compello, Vir Eruditissime, ut sententiam, causa cognita, feras, cujus partibus amicior sit veritas, ejus qui NICOLAITAS negat, an illius, qui adserit? Per multos hodie esse nosti, qui, doctissimorum virorum rationibus innixi, priori faveant opinioni: Altera mihi placet, non leves ob causas, quas eo animo TIBI expositurus sum, ut a quovis, maxime vero a TE, Vir Amplissime, non probentur statim, sed pensitentur.

Minime omnium TE fugit, iis, qui veteris Ecclesiae res gestas scrutantur, multum negotii priscos nequitiae doctores, quos haereticos vocari moris est, faceffere. Cum enim, quae ipsimet memoriae prodiderant malefani homines, injuria temporum perierint: isti vero, qui testium nunc occupant locum, ipsis non solum fuerint adversarii, verum etiam, id quod omnino negari nequit, pronioris aliquanto ad credendum, quae

quae vulgo circumferebantur, animi; Quin
 &, ut obscuros homines ubivis recte sint
 adsecuti, verendum sit; nemo non, quanto
 hic opus sit labore, ne veritatis evertantur
 vestigia, intelligit. Factum hinc, ut, qui,
 dum viverent, rixarum duces auctoresque
 erant, post fata quoque, consēpultosque diu
 cineres, doctissimos quosque viros in certa-
 mina ac lites adduxerint. In re nimirum,
 ubi multa pars ingenio tribuenda est, non
 fieri poterat, quin animis sententiisque dis-
 sentiretur, multaque sibi proferrentur con-
 traria. Habuerunt nonnullae cum primis
 haereses hoc fatum, ut vel existentia ipsarum,
 si non penitus destrueretur, attamen in du-
 bium vocaretur, quod, de qua nunc pauca
 ad TE, Vir Amplissime, differere constitui,
 NICOLAITARUM praecipue secta, in divi-
 na quoque JOANNIS patefactione comme-
 morata, experta est.

Ex eo nimirum, ni fallor, tempore, quo
 Vir cetera magnus, eruditionisque eximiae,
 JOANNES COCCEJUS, arcanos revelatio-
 nis istius sanctissimae sensus altius rimari
 coepit, multis, tam illustri auctore, senten-
 tia placuit, quaecunque in isto tradantur li-
 bro, sublimiora esse, quam ut secundum
 litteram queant intelligi, epistolasque illas,
 quas ad ASIAE coetus sanctus praemisit va-
 tes, spirituali omnino ratione capiendas esse.
 Haec cum a celeberrimis Viris sententia de-

fendenda susciperetur, proximum erat, ut
 cuncta in his Epistolis nomina, & in his
 NICOLAITARUM, mysticum quoddam
 involvere, nec ita crude interpretanda esse,
 crederentur. Nomine itaque doctos homi-
 nes potissimum commovente, quod a victo-
 ria populorum derivari Graecarum litterarum
 tirones norunt, maximam partem Romanae
 sedis ministros hic a sancto vate perstringi,
 contenderunt; quippe qui, ut V. C. NICOL.
 GURTLERUS (a) loquitur: *Laitos vincunt
 & gravi dominio premunt.* Ferenda utique
 haec fuisset opinio, nec enim futura sancti
 coetus fata a JOANNE praedicta esse, igno-
 ramus, nisi cum summa optimorum, anti-
 quissimorumque scriptorum ignominia con-
 juncta esset. Si priscos illos NICOLAITAS
 recentiorum Romanensium adumbrasse mo-
 res dixissent, nemo fortassis prudentior esset,
 qui in dubium illud vocare vellet. Nimi-
 rum, hoc quoque pacto veterum de NICO-
 LAITIS narrationibus suum constaret pre-
 tium. Sed vero nil quidquam Historici in
 his Epistolis inveniri existimant viri eruditi,
 hincque necessario sanctorum Patrum fidem
 vellicant, eosque, quae nunquam nisi in
 cerebello ipsorum, extiterit, sectam confin-
 xisse, audacter tuentur. Ego vero, etiamsi
 illam de sensu harum Epistolarum controver-
 siam

(a) Systemate Theol. Propheticae cap. XXXIII, Artic. III,
 §. XXV. p. 542. Conf. Artic. IV, §. XXX. p. 544.

fiam meam minime faciam, (b) neque cunctis in rebus Patrum tutam esse fidem, existimem, magis verecunde tamen eorum testimonia tractanda censeo, neque, cur non pari cum profanis auctoribus jure utantur, intelligo. (c) Quocirca nunquam animum inducere potui, ut celeberrimis Viris, sectam hanc fictam pronunciantibus, manus darem; maxime quod videbam, non quod ad veritatem proxime accederet, sed quod susceptae commodum opinioni subveniret, sententiam hanc ab iis fuisse defensam. Non itaque inutile, Vir Amplissime, aut injucundum existimavi, si doctissimorum virorum argumenta, ne aliis fraudi porro sint, aut Pyrrhonismo, in sanctioris cœtus Historia perniciosissimo, via sternatur, modestissime profligarem, nilque solidarum ipsis fuisse rationum, cur ita sentirent, ostenderem. Tetigit istam jam

B h 3

fen-

(b) Excusit eam ex instituto, elegantissimi, dum viveret, ingenii Vir, HERM. WITSIUS Diatriba de septem Epp. Apocalypt. sensu, Miscellaneor. Tom. I. Lib. III. p. 633. f. ed. Herborn. ut alios taceam,

(c) Vir illustris, MATUR, VEISSIERE la CROZE, Borussiae Regis supremus Bibliothecae praefectus, litteris ad me Berolino Nonas Septembr. A. MDCCXVII. datis, ita: *De Nicolaitis nihil tutius puto, quam antiquos sequi, iisque saltem eum honorem habere, quem vel Tacito, vel Suetonio, vel etiam Vopisco, Pollioni, & ceteris ejusmodi habere solemus, ubi aliquid referunt, quod ipsis ob proximitatem temporis notius esse quam nobis debuit. Haec vir nobis faventissimus, idemque longe doctissimus.*

sententiam V. C. HERM. WITSIUS, ut falsam & in Patres maxime iniquam, (d) tetigerunt & alii, quos nominare nil adtinet; verum tamen cum nemo, quantum sciam, argumenta cuncta, adhibita industria, ex instituto excusserit, ea cumprimis, quae recentissime adlata sunt, nonnihil quoque hoc in loco operae mihi relictum erit. Non vero, quae de NICOLAITIS in medium proferri possent, omnia examinabo aut enarrabo. Alii, sicuti nosti, ante me hunc lapidem, non sine laude, volutarunt, quorum copiosissimus, puto, THOM. ITTIGIUS erit, (e) una cum iis, qui in antiquos scriptores, IRENAEUM praecipue & ÉPIPHANIUM commentati sunt. Hoc mihi tantum propositum est, ut, fuisse omnino aliquando malefanos hoc nomine doctores, evincam: ita tamen, ut simul, quid de secta hac sentiam, non obscure possit intelligi.

Existencia illius universae antiquitatis nititur suffragio, quod temere, & sine maxima rationum vi, minime esse rejiciendum, nemo diffitetur. Sed, ni forte animus fallit, hoc mihi eruditissimi viri velle videntur, non tot, ut vulgo dicitur, veterum testimoniis hanc comprobari sectam: unicum esse
IRE.

(d) I. c. Cap. V. §. CXLV. p. 738.

(e) De haeresiarchis aevi Apostolici. Conf. Hist. Eccl. Sec. I. c. V. p. 314. Adde LAMB. DANAENUM, V. C. ad AUGUSTINUM de haeresibus p. 61, ed. Helmst ad.

omnibus vetustate superior erit. Sunt viri docti, qui sacras quoque Tabulas hic in partes vocant, NICOLAITASque 2. Petr. II. 10. - 15. & Judae v. 4. 8. 12. tacite perstringi post OECUMENIUM existimant: (k) quin & JO. LIGHTFOTUS inventus, qui ad hos homines sanctum PAULUM respexisse, conjectura quadam litterali fretus, contendit. (l) Enimvero his suspicionibus cum locus esse nequeat, nisi prius revera hujus nominis hæreticos fuisse, demonstretur, nihil istis in hoc negotio perfici posse, liquet. Pari plane numero, quae ex IGNATIO hanc in rem peti solent, hic habebō. Meminit is duobus locis NICOLAITARUM; verum iis in Epistolis, quas ab impostore turpi conatu corruptas communis eruditorum consensus declaravit. (m) Igitur suo cum auctore valeant haec testimonia. Equidem non ignoro, satis antiquum testem, STEPHANUM GOBARUM, iis, qui scriptis NICOLAITAS in ordinem redegerint, IGNATIUM connumerare. Sic enim: Ἰγνατίος, inquit, (n) μὲν τοι ὁ θεοφόρος καὶ κλη·

(k) Vid. Witsii Miscellanea T. I. L. III. p. 684. 691.

(l) Horar. Hebr. & Talmud, in N. T. ad h. l. P. II. p. 186. 187. ed. Carpzovii.

(m) Ep. ad Philadelph. §. VII. p. 235. & ad Trallianos §. XI. p. 261. ed. Ittigii.

(n) Libro de repugnantibus Patrum sententiis, apud PHOTIUM Biblioth. Cod. CCXXXII. f. 477. ed. Hoescheliana.

κλήμης ὁ Στρωματεύς, καὶ Εὐσέβιος ὁ παμφίλος, καὶ Θεοδορητος ὁ κύριος τὴν μὲν Νικολαϊτῶν καταγινώσκουσιν αἴρεσιν, τὸν δὲ Νικόλαον μὴ τὸν τοιοῦτον εἶναι φαίνονται. Cujus quidem si standum esset fidei, suae fortassis sinceritati, quae de NICOLAITIS IGNATIUS tradit, vindicari possent. Enim vero, cum is jam interpolatis uti potuerit epistolis, parum in eo auctoritatis situm esse sentio: maxime cum vetustior hoc THEODORETUS, ubi NICOLAITARUM enumerat adversarios, nullum in his IGNATIO nomen tribuat. (o) Fuerit itaque Patrum, qui nunc leguntur, antiquissimus IRENAEUS, apud quem hominum istorum occurrit mentio.

Ut vero male ex hoc concluditur, neminem eorum ante hunc fuisse, quorum nunc frustra desideramus scripta, qui pravos hos homines notaverit; Ita solus minime est IRENAEUS, qui testis hujus sectae rogari potest. Fateor, inquiunt: at posteriores cuncti IRENAEUM ducem secuti sunt, & veritate non satis explorata, in ejus verba jurarunt. Unus ergo est IRENAEUS, non plures testes. Quis autem ille? Vir admodum rudis, expers verae sacrarum litterarum interpretationis, cum primis sanctae, quae JOANNI facta est, visionis.

Bb 5

Splen.

(o) Libro III. de haeticorum fabulis cap. I. quod est de NICOLAITIS.

Splendide satis, modo vere. Gratis id dicitur, cunctos IRENAEUM habuisse auctorem, donec idoneis probetur rationibus. Conjecturarum fertiles esse solent, qui quaedam semel imbuti sunt opinione. Quibus tamen nullum statuitur pretium, nisi suis innitantur fulcris. Crediderunt forte omnes IRENAEO soli? Quid si non? Crediderim, si docuerint viri docti, nihil istos scripsisse praeter ea, quae JOHANNIS ex patefactione & IRENAEI libris haurire poterant.

Sed quo fiet id pacto? Parcus verborum est IRENAEUS, cujus mox dabo rationem. Ceteri longe plura narrant. Ille paucis eorum exponit doctrinam. Hi multo plenius & prolixius hominum mores & placita referunt. Aliunde itaque, quam ex solo IRENAEO, instructi esse debuerunt, cum hoc longe copiosiores sint. Sed nugae, inquit, haec sunt, quae pro sua libidine IRENAEI addiderunt verbis. Rursus hic probatione opus est. Ut quis in eiusmodi mentiatur negotio, omni sine causa; vix credibile est. Dum vigent atque florent, quae nuncupantur, haereses, mendaciis saepenumero convitiisque onerantur. Et sunt, quibus prudentiae videtur iste mos, quo scilicet absterreantur homines, ne praecipites in pravorum dogmatum devia ruant. Quid vero causae bonis Patribus esse potuit, ut post diu consopitam, ut quidem putabant,

NICOLAITARUM sectam, ubi periculi aut seductionis suspicio vix esse poterat, tot invidiosa confingerent in eam crimina, tot sententiarum comminiscerentur portenta? Quam id, quaeso TE, Vir Amplissime, ab omni veritate abhorret, viros, ceteroquin non ineptos, nec indoctos, non dicam EPIPHANIUM, aut PHILASTRIUM, horumque similes, quos aliquid forte rumoribus dedisse vanis, non negaverim, sed AUGUSTINUM, EUSEBIUM, THEODORETUM, ceterosque, levis adeo fuisse animi, ut fabellis insipidis excogitandis venditandisque, nulla commoti ratione, operam dederint? Fuerit profecto aliud quidquam, sive constans traditio, sive scriptum, non disputo, unde, quae de NICOLAITIS memoriae prodidere, hauserint, quam solus IRENAEUS, aut vulgi rumusculi. Hoc equidem facile concessero, permiscuisse viros optimos reliquorum nequitiae doctorum placita cum NICOLAITARUM erroribus: tribuisse his quae aliis oportebat transcribi: id vero quaeritur, an in cunctis hoc fecerint? & an omnia, quae tradunt, ad fictiones pertineant? id quod idoneis numquam argumentis confirmabitur. Manifesto nimirum vitio haec laborat argumentatio: Non satis probe distinxerunt patres NICOLAITARUM sectam ab aliis, quae fortassis in nonnullis paria sentiebant: Ergo nihil

eorum verum, quae de NICOLAITIS commemorant. SIMONI MAGO multa exprobrantur, quae aliis objici fas fuisset: Ergo numquam fuit aut homo ille, aut nihil docuit eorum, quae docuisse dicitur. Absit. Hoc saltem ex his testimoniis manifesto patet, nemini umquam inter Christi sectatores olim fuisse dubium, quin aliquando vere turbas NICOLAITAE quidam dederint.

Sed vero, relictis tantisper recentioribus, ad illud recedamus Saeculum, quo IRENAEUS vixit, quem sectae hujus numquam natae parentem esse, volunt. Gravissimum eo ipso tempore testem offendimus, qui praeter istum NICOLAITARUM injicit mentionem, ALEXANDRINUM puto CLEMENTEM, virum ut omnes norunt, circumspectum & eruditum. Geminus apud hunc extat locus, quo tam luculenter hanc commemorat sectam, ut, qui haec quoque ex IRENAEO transcripta contenderit, ab omni veritate alienum esse oporteat. Ego sane, si vel hic solus testis esset, vir, quem sermunculis aures non temere commodasse multis ostendi potest exemplis, nefas prope putarem, rem in dubium vocare velle. Etenim non suo tantum adhuc aevo superfuisse istiusmodi homines, docet: non tantum, quae ipsis de Venerea libidine mens fuerit, exponit; verum etiam di-

Etum

Etum profert sancti viri NICOLAI ὁτι παρὰ
 χειρῶν αὐτῶν τῆν σαρκὶ θεῶν, quod pessimo plane
 consilio in suam sententiam pertraxerint,
 eorumque in detorquendo dicti hujus sen-
 su vesaniam merito castigat, Addit denique
 creditam vulgo de NICOLAO, Diacono,
 Historiam, quae ut hoc sese nomine jacta-
 rent profligati pudoris homines, in causa
 forte, citra viri tamen, optimi culpam, fue-
 rit. Ecquid, quaeso, Vir Eruditissime,
 huic jure obuerti potest, integerrimi viri,
 testimonio? Aut IRENAEUM exscripsisse,
 aut omnia pro arbitrio suo confinxisse, aut
 denique incertis & falsis rumoribus inconsul-
 to fidem habuisse, dicendus est. Quoduis
 autem horum tam veritati inimicum est,
 tam difficile dictu, ut neutrum viris sese
 doctis probare posse, existimem. CLE-
 MENTEM IRENAEI libros legisse, largior.
 Observavit & hoc, si recte memini, alicubi
 Illustrissimus Vir, JO. POTTERUS, CLE-
 MENTEMque IRENAEUM secutum in
 quibusdam esse, docuit. At enim vero,
 cum certiora longe planioraque sint, quae
 CLEMENS habet, iis quae IRENAEUS
 tradit, iniquus sane fuerit, qui IRENAEO
 soli ista deberi, adfirmaverit. Quis vero
 bonum CLEMENTEM ex suo omnia haec
 cerebro depromfisse, tueri ausit? Adeo tur-
 pis

(p) Stromatum Lib. II. c. XX. p. 490. 491. & Lib. III.
 C. IV. p. 522. 523. ed. praestantissimae JO. POTTERI,

pis iste conatus ab ingenio eruditissimi Viri
 abhorret, id quod luculenter ex libris ejus
 patet, ut qui hos legerit, vix per somnium
 ista cogitare possit. Ipsius e contrario nar-
 rationis haec est ratio, ut simplicitate sua
 satis ab auctore suo contumeliam hanc pro-
 pulsare possit. Sed credulus fuit, homi-
 numque avidis auribus sermones haufit.
 Fortassis fuit, fortassis non. Argumenta,
 non conjecturas, volumus. Sed fuerit. Cir-
 cumferebantur ea inter homines, quae nar-
 rat CLEMENS. Hoc minimum ex his evi-
 dens est, non incognitam tunc temporis se-
 ctam fuisse. Noverunt, inquit, ex JO-
 ANNIS patefactione? At non hoc est veri-
 simile, quod, quam cetera nescirent, se-
 ctam, quaeve nihil ipsis adferre poterat in-
 commodi, tam atris pinxerint coloribus.
 Cur non BALAAMITAS quoque, cur non
 JESEBELITAS commenti sunt? Habuissent
 apud JOANNEM, quibus sua exornare po-
 tuissent somnia. Quid vero causae reddi
 potest, quod, ceteris insuper habitis, uni-
 cam nobis obtruserint NICOLAITARUM
 sectam? Non ita solent homines, qui por-
 tentis delectantur. Tantum abest, ut se-
 lectus rerum apud eos quaeri possit, ut
 quidvis potius ex trivio adripiant, quidvis
 nullo iudicio congerant, quo sibi aliisque
 fucum facere possint. At quid verbis opus
 est? Finxerint nonnulla, quos CLEMENS

audivit. Non omnia tamen Cretes fingunt: Sunt in iis, quae narrat, traditionibus vulgi, levibusque fabellis plane dissimilia. Certe quae de dicto NICOLAI, in malam ab ipsis partem rapto, refert, ita comparata sunt, ut a nullius numeri homine aut vili plebecula proficisci non potuerint. Haec, inquam, indoles eorum est, ut, nisi CLEMENTIS ipsius fuerint experientia comprobata, ad virum rerum tunc in cœtu sacro gestarum, hujusue sectae, quin & eruditionis apprime peritum, referenda videantur. Quae ergo, malum, foret audacia, convellere ac fugillare, quae, nisi prudentum & eruditorum, esse possunt? Quae temeritas, adspernari narrationem, tamquam leviuscule confictam, quam ad bonos gravesque viros spectare, ratio docet? Num iste sapientum mos est, ut, nullis permoti rationibus, ingeniosa mendacia sui venditent similibus? Tam profecto veritati adversatur, quae de NICOLAITIS CLEMENS tradit, ad nugas pertinere vulgi, ut contrarium plane lectio nullo negotio suadere possit.

Sed hoc quoque mihi non est omittendum, si ex communi tantum fama CLEMENS haec percepisset, incertos rumores non fuisse confutaturum. Non is erat vir doctus, cui haereses, ut vocant, confarcinare aut confodere constitutum esset. Hi quo spishi magis evadant, Commentarii, quos mul

multo sudore conscribunt, largiorque ipsis
 disputandi suppetat materia, mirum saepe
 quantum doctorum numerum pravorum
 augent, Canum venaticorum instar mira
 sagacitate ubivis opinionum monstra suspi-
 cantur, de quibus postea suaviter triumphare
 possint. Alii erant CLEMENTIS mo-
 res, aliud institutum. Quocirca nulla adpa-
 ret ratio, quae, ut obscuros tenebrione
 exagitaret, virum inducere potuisset. Pote-
 rat, credo, GNOSTICORUM reprehende-
 re deliria, poterat libidinosos homines,
 omnibusque criminibus coopertos, graviter
 castigare, etiamsi nullam NICOLAITA-
 RUM mentionem fecisset. Nihil ex horum
 commemoratione odii, nihil invidiae istis
 conflare poterat, Periculum ergo fuisse vide-
 tur ab istis, qui NICOLAI superbiebant
 nomine, impostoribus, ne ad sua pellice-
 rent castra simpliciores, quod a CLEMEN-
 TE ipsa sectae fundamenta adeo sollicitè in-
 firmabantur. Certe, cur nulla de causa cum
 umbris pugnare voluerit CLEMENS, ego
 quidem non capio. Sunt quoque alia, stu-
 dio nunc praetermittenda, quae CLEMEN-
 TIS ita testimonium corroborant, ut aut hu-
 jus admittere auctoritatem, aut nil certi in
 priscis rebus reperiri, fateri necesse sit. Sa-
 tis ea vel ab imperitis perspiciuntur, ut plu-
 ra praeter rem sit adjicere. Atque vellem,
 temporum superasset injurias, *de Nuptiis*
 CLE-

CLEMENTIS, aut alter *περὶ ἐκρηγῶν*, quos alicubi nominat, (q) haberemus enim fortassis, unde plenius de hominibus istis possemus instrui.

Sed vero, Vir Amplissime, pace TUA liberalis ero. Esto, nullum praeter IRENAEUM sectam hanc commemorasse: Quid inde sequitur? Ergo numquam extitit. Nullo modo. Fides in aliis habetur viro sancto, nec sane rudi ac indocto, cur non & in his? Sit ab omnibus non immunis erroribus. Homo fuit, quem aestus subinde disputandi abripuit. Hoc vero in negotio illius testis est auctoritatis, cujus fidei derogari nequit. Nemo enim de auctoris mente curatius eo judicare potest, qui cum illius versatus est intimis. At quis IRENAEUS? Totus quantus erat ex disciplina POLYCARPI, JOANNIS amici, compositus. Huic sese, ut in literis ad FLORINUM datis, quarum EUSEBIUS nobis fragmentum conservavit, (r) ipsemet testatur, totum commiserat, hujus ab ore penderat, hujus cuncta penitus placita imbiberat. Putasne vero, qui sanctorum Dei virorum oracula explanabat IRENAEO, aliisque juvenibus, POLYCARPUM, non

C c

edo-

(q) Paedagogi L. III. c. 8. p. 279. & L. II. c. 10. p. 220. ed. POTTERI.

(r) Hist. Eccl. Lib. V. c. 20. Conf. fragmenta IRENAEI p. 463. ed. GRABII.

edocuisse discipulos, quae vera loco hoc JOANNIS mens fuerit, figurate an proprie capienda sint, quae de NICOLAITIS apud eum leguntur? Putasne, quo firmior perfistere posset patefactionis hujus auctoritas, tot ab aliis laceratae convitiis, sanctissimum CHRISTI testem non dicturum fuisse, augustiori sensu, quam litterali, NICOLAITAS hic interpretandos esse? Si quis alius, POLYCARPUS profecto, JOANNI familiaritate conjunctus, quae vera rei esset ratio, edisserere poterat. At in errore is reliquisset homines, juvenes, gubernaculis aliquando sacri cœtus admovendos, atque adeo occasionem sectam praeberet comminiscendi, quae in spatiis solum imaginariis investigari posset? Mihi quidem tam id veritati videtur congruum, quam quod omnium minime.

Duo adhuc, antequam porro pergam, momenta notabo, unde certitudo, ut opinor, major esse poterit. In memoriam, quaeso, revocemus rationes istius saeculi, quod Judaeorum more, ne forsitan gentibus ludibrium deberet, omnia fere sacri Codicis oracula in frigiditas allegorias convertebat. Probe nosti, Vir Amplissime, quam ad ineptias usque, non reliqui tantum Patrum, quos insanire non numquam ratione putares, sed cum primis ALEXANDRINUS CLEMENS ac IRENAEUS, praecipuos
NI.

NICOLAITARUM testes appello, in hoc studiorum genere elaboraverint. Undecunque sane, quidquid omnis ratio dicitur, occasiones non tam captant, quam arripiunt, ut suas lectoribus propinent hujus numeri argutias. Siccine vero mori suo nuntium misissent in explicando volumine, quod prae ceteris ejusmodi laboribus idoneum est? Omnibus in sacri Codicis libris arcanos venantur sensus, non in eo, qui totus arcanus est? Quis eos hoc facturos fuisse credat, nisi ob eam praecipue rationem, quod volitare passim cernerent istiusmodi homines, qui NICOLAITAE dicebantur, aut quod sibi de illorum existentia indubiis constaret argumentis? Qui de Anti-Christo in litteras aliquid retulere Patres, ut sunt seduli in conquirendis eo, aut potius detorquendis vaticiniis! Ut perspicaces sunt in detegendo ubivis hoc peccati homine! Rapiunt, flectunt, invertunt, id quod vel HIPPOLYTUS docere potest, quidquid possunt. Ubi vel Argus caecutiret, hi perspicue Anti-Christum latere pervident. Cuncta denique, quae in patetatione JOANNIS memorantur, eo cum primis spectare volunt. Sed vero tam non sunt acuti, ut de NICOLAITIS, quorum alias nomen rem ex eorum principiis conficere potuisset, in Anti-Christi sectatores transformandis umquam cogitent. Nescio vero, an hujus

vel indicari possit silentii caussa, quam quod NICOLAITARUM suo tempore, aut saltem haud ita pridem sectam omnium fuisse oculis expositam, nossent, adeoque res vere gestas eo pertrahendas esse, negarent. Per- vulgatum deinde est, quot a primis rei Christianae initiis sanctissimus hic JOAN- NIS liber adversarios senserit, quos nunc quidem enumerare non vacat. Erant certe, qui studiose quaevis in eo carpebant, quo libro quamdam infamiam concitarent. Quantum vero hi caussae suae praesidium hinc polliceri potuissent, si, NICOLAI- TARUM numquam floruisse sectam, con- stitisset? Nonne continuo, prout solebant, mendaciis librum scatere, clamassent? Alogorum cum primis haec erat impudentia, narrante EPIPHANIO, (s) ut vel hoc no- mine sanctissimum librum traducerent, quod THYATIRAE olim cœtum creden- tium fuisse, non omni careret dubio. Qui- bus quidem quam fuisset opportunum, si ex hoc quoque de NICOLAITIS capite falsita- tis JOANNEM coarguere potuissent? Ve- rum enim vero numquam aut hi, aut alii id sibi sumserunt, ut hoc telo adversus librum hunc uterentur. Nimirum ita res haec com- parata erat, ut, quid vel absurde in eam di- cere possent, non invenirent, propterea quod omnium oculis obversaretur. Demon- stra-

(s) Haeresi LI. Alogorum.

strationis invictae instar duo haec capita esse possunt, quibus an commode aliquid reponi possit, magnopere dubito.

Ad IRENAEUM nunc, Vir Maxime Reverende, revertor, cujus ceterum fidem abunde iam confirmavi. Non credimus, pergunt viri docti, IRENAEO. Quaecumque enim de NICOLAITIS habet, e JOANNE solum hausit. Unde vero, compello vos, eruditissimi NICOLAITARUM oppugnatores, unde vobis hoc constat? Res ipsa, respondent, testatur, cum praeter ea, quae discipulus ille CHRISTI commemorat, nihil habeat. Manifesto primum in eo fallimini, Viri celeberrimi, quod IRENAEUM non nisi, quae JOANNES habet, de NICOLAITIS adferre, dicitis. Locus est apud eum, quo aperte, quae in JOANNE non reperiuntur, exponit. Audiatur pars verborum; nam integra excipere praeter rem foret. *Hanc fidem, ait sanctus homo (t) annuntians Joannes Domini discipulus volens per Evangelii annuntiationem auferre eum, qui a Cerintho insemminatus erat, hominibus errorem, & multo prius ab his QUI DICUNTUR NICOLAITAE, qui sunt vulsio ejus, quae falso cognominatur, scientiae, ut confunderet eos & suaderet, quoniam unus Deus qui omnia fecit per verbum suum.* Cum de tempore, tum

C c 3

de

(t) Lib. III. advers. haereses c. XI. p. 218. ed. Graevii.

de placitis hujus sectae nonnulla ex his discimus. Undecunque vero IRENAEUS ea hauserit, ex JOANNE transcribere non potuit. Memini, virum doctum verba haec sic interpretari, quasi suum ob NICOLAITARUM errores Evangelium JOANNES consignaverit. Sed errat, si quid judico. Hoc quidem hinc colligitur, CERINTHIANIS consonas fuisse NICOLAITARUM doctrinas, adeoque per latus quasi simul a divino scriptore confossas. Verum, qui ad scribendum impellebat JOANNEM, CERINTUS erat, ex mente IRENAEI, non autem NICOLAITAE. Nobis demonstrasse sufficit, plura apud IRENAEUM de hominibus his, quam in JOANNE legi.

Fingamus vero, Vir Amplissime, IRENAEUM tam hic esse aridum, ut nil nisi JOANNIS verba referat. Num existimas, hinc concludi posse, sectam NICOLAITARUM numquam extitisse. Logici mei ex controversis, tamquam concessis, male disputari, monent. Quaeramus, si placet, quae, ratio sit, ob quam IRENAEUS non hic audiendus sit? Nil aliud responderi poterit, quam idcirco deferendum esse, quod arcani sensus sint Apocalypticae Epistolae. Hoc vero, ni fallor, id est, quod ARISTOTELES τὸ ἐν ἀρχῇ λαμβάνειν vocat, cum illis adhuc ista suo sub iudice sit. Alia iam controversiae facies est, quam viri docti movent.

vent. Nunc quaeritur : Utrum IRENAEUS, temporibus Apostolorum proximus, POLYCARPI discipulus, vir, qui eo ipso tempore vixit, quo NICOLAITAE floruisse perhibentur, num is, inquam, certior de sensu epistolarum Illarum esse potuerit, an veronos, qui post tot saecula vitam ducimus, nec veterum adeo res gestas omni ex parte novimus ? Judicis hic minime partes mihi arrogo : Theologorum haec cura sit, de vera sancti libri indole dispicere. Veruntamen multum vereor, ut, lite sic constituta, pro IRENAEO sententia feratur. Demonstrandum prius erat viris egregiis, non fuisse sectam ejusmodi, elidendaque tot testimonia : quo facto sublimior Epistolarum sensus adferi poterat. At haec claudicat argumentatio : Sensum conjicimus arcanum esse in Epistolis : Ergo patres rejiciendi sunt, qui NICOLAITAS fuisse, narrant. Sed neque sequitur : Sensus Epistolarum est mysticus : Ergo NICOLAITAE non fuerunt. Eadem enim lege JESABEL & BALAAM, in iis quoque memorati, in nihilum rediguntur.

Sed ut magis pateat, non esse mirandum, quod paucis adeo verbis NICOLAITAS perstrinxerit IRENAEUS, reliquas sectas prolixius confutarit, e re forsitan nostra fuerit, pauca de rationibus operis istius interpretibus non animadversa, commonere.

Haesi aliquando, quid sibi in hoc opere or-
do tam turbatus vellet? Summa enim imis mi-
sta videas, nec temporis ulla in enarrandis se-
ctis ratio habetur. A Valentinianis recen-
tioribus nequitiae magistris, fit initium,
Qui longe sunt antiquiores, magno post
intervallo sequuntur. Qui primus dicitur &
parens haereticorum, SIMO MAGUS,
Cap. XX. Lib. I. demum delineatur. Hunc
BASILIDES, MENANDER, CARPOCRA-
TES, alii excipiunt, sed confuso plane ag-
mine. Mox Cap. XXV. CERINTUS
comparet: Demum, qui hunc quoque aeta-
te antecedunt, NICOLAITAE Cap. XXVII.
conspiciuntur. Quam dissona haec sunt?
Quam parum inter se cohaerent? Negli-
gentiae nota non carebit IRENAEUS, nisi
caussa possit adferri, quae, ut ita scriberet,
virum permoverit. Et fallor, aut hanc in-
venisse mihi videor. Non sponte sua, sed
amici cujusdam, nobis ignoti, monitu, di-
vus Vir hoc opus suscepit, cui & illud in-
scriptum cernimus. Quaesiverat is, minus
in ejusmodi rebus exercitatus, ex IRENAEO
de pravorum doctorum rationibus, quorum
tunc inter omnes versabantur nomina.
Patet hoc ex totius operis praefamine, quo
familiarem suum sanctus homo sic compel-
lat: (u) Καὶ ὡς ἡμεῖς ἐφιλοτιμήθημεν, πάλας
ζητῶντός σε μαθεῖν τὴν γνώμην αὐτῶν, μὴ μόνον

(u) p. 4. ed. Grabii.

σοι ποιῆσαι φανεράν, ἀλλὰ καὶ ἐφόδια δεῖναι πρὸς
τὸ ἐπιδεικνύειν αὐτὴν ψευδῆ: ἔγω δὲ καὶ συ φιλο-
τίμως τοῖς λοιποῖς διακονήσεις, κατὰ τὴν χάριν (x)
τὴν ὑπὸ τῷ κυρίῳ σοὶ δεδομένην. *Et quemadmo-
dum nos elaboravimus, olim quaerenti tibi discere
sententiam eorum, non solum facere tibi manifestam,
sed & subministracionem dare, uti ostenderemus eam
falsam: sic & tu efficaciter reliquis ministrabis se-
cundum gratiam, quae tibi a Domino data est.*

Quaestiones itaque, quibus responderet, ab
amico IRENAEO erant propositae. Has ob
oculos sibi posuisse sanctum virum, dum
opus suum chartis mandaret, existimo.
Quae vero, utpote ab homine prorsus rerum
istarum imperito profectae, cum temporum
non responderent rationibus, sed, ut in
mentem viro venerant, perscriptae essent,
factum est, ut IRENAEI quoque opus, cui
ordinem immutare non placebat, aliqua la-
boraret confusione. Non forte confictum
hoc videbitur iis, qui opus ipsum, aut Li-
bri saltim primi capitum argumenta, quae
Quaestionibus fere cuncta constant, consu-
luere. Mihi paene persuasum esse, profiteor,
eas ipsas interrogationes, quas IRENAEO
amicus exhibuerat, operis sui partibus non-
nullis, tamquam responsionibus, inscriptas
esse, & in his de NICOLAITIS capiti, cu-

C c 5

jus

(x) De vocis hujus apud IRENAEUM, priscosque Pa-
tres notione in Observationibus ad IRENAEUM
prolixè commentabor, volente Deo,

jus summam: *Quae sunt NICOLAITARUM
 opera?* Graece, ductis ex JOANNE verbis,
 amicus ille sic constituerat: *ἀτινα τὰ ἔργα
 τῶν Νικολαϊτῶν;* Haec in IRENAEI excusati-
 onem, occasione sic ferente, dicta funto,
 etsi parum commodi causae nostrae adferant.
 Juvabit vero hanc, si cur prolixè ceteras,
 brevissime NICOLAI sectam percensuerit,
 explicuerimus. Variæ hujus instituti ratio-
 nes esse potuerunt, & si conjecturis ali-
 quid dandum esset, plurimas nominarem.
 Sed, relictis hariolationibus, eas tantum
 commemorabo, quarum per se patet veritas.
 Si scopus attendatur IRENAEI, id statim
 extra controversiam collocatum erit, voluisse
 eum, non tam omnes, quam eas cum primis
 sectas refellere, quae Cabbalisticis aut Plato-
 nicis nugis, aeonumque infinitis Genealo-
 giis excogitandis vacabant, quaeve ex im-
 puri hominis VALENTINI & GNOSTI-
 CORUM dimanaverant fontibus. Loqui-
 tur hoc totum opus, quod exagitandis hu-
 jus generis somniis unice occupatur: loqui-
 tur praefationis initium: quo se cum eis
 congregari manifesto docet, qui *veritatem re-
 futantes induxerint verba falsa & Genealogias
 infinitas.* Quid itaque mirum, tribus verbis
 NICOLAITAS ab eo notari, qui, etiamsi
 plane a vero averfi, non tamen tam stulte
 erant ingeniosi? Ordo quaestionum ab ami-
 co oblatarum exigebat, ut horum quoque
 me.

meminisset, ne mutila esset responsio: Quo
 vero tam cito ab ipso dimitterentur, propo-
 siti partim postulabat ratio, partim quod eo-
 rum mendacia istis, quas consulto everte-
 bat, sectis contineri quoque cerneret. Car-
 nis certe idolis consecratae esum & VA-
 LENTINIANI (y) & BASILIDIANI (z)
 & qui non alii? (a) cum NICOLAITIS
 permittebant. Libidinis & impuritatis ae-
 quam fuisse reliquis cum NICOLAITIS so-
 cietatem, nemo ignorat. Istorum igitur
 copias cum prosterneret IRENAEUS, de
 his quoque constituebat victoriam. Haec-
 que eum ratio permovet, ut non tantum de
 NICOLAITIS, verum etiam de aliis e. c.
 TATIANO, OPHITIS brevior esset. Si
 quis ceterum opinetur, propterea quoque
 extremis tantum digitis Divum Virum hanc
 sectam adtigisse, quod jam tum prope, in iis
 maxime, ubi versabatur, oris, extincta ef-
 fet, adeoque parum ex ea periculi in sancti-
 orem cœtum redundare potuisset, is me se-
 cum pugnantem non experietur. Pruden-
 tia est, istos coarguere errores, quibuscum
 conflictatur veritas, mittere reliquos, quo-
 rum jam impetus exspiravit. Inepti vero,
 quid olim senserint impii, explicare & refel-
 lere, praesentia corporis CHRISTI vulnera
 ne-

(y) Lib. I. cap. I. p. 30. (z) Lib. I. c. XXIII.
 p. 98.

(a) Lib. I. cap. XXXII. p. 106.

negligere. Denique hoc quoque non diffiteor, scriptorum fortassis penuriam candidum virum, qui fabulis vulgi non ducebatur, commovisse, ut tam parcus hic verborum esset atque solam JOANNIS ad auctoritatem provocaret. Valentinianorum schedas, ut in praefatione testatur, multo labore pervestigaverat, unde, quid vere statuerent, luculenter tradere poterat. Reliquarum sectarum carebat libellis, ex quibus NICOLAITAE nil forte litteris commiserant, quod otium magis & voluptatem, EPICURAEIS similes, sectarentur. Maluit itaque paucis IRENAEUS verbis, iisque verissimis, amici satisfacere desiderio, quam pro certis incertos spargere rumores. Jam ergo & hoc manifestum erit, brevitatem IRENAEI causae nostrae nullo modo obesse.

Reliquum est, Vir Amplissime, ut, quod praetermittere nefas esset, observem, non Patrum tantum testimoniis, sed & confutationibus hujus sectae existentiam comprobari. Dedi supra GOBARI ex PHOTIO locum, quo NICOLAITARUM enumerat adversarios. THEODORETUS, (b) CLEMENTEM, IRENAEUM, quem in *διαλέξεων* libro, nunc quidem perduto, sed ab EUSEBIO (c) aliisque nominato, plura contra NICOLAITAS disputasse, suspicor, ORIGENE.

(b) Lib. III. de haereticis fabulis cap. 1.

(c) Hist. Eccl. Lib. V. cap. 26.

GENEM & HIPPOLYTUM arenam hanc tentasse, refert. ANDREAS CAESARIENSIS (d) non obscure, commentarios quosdam hac de secta suo tempore lectos fuisse, indicat. Celebris in his maxime est HIPPOLYTI labor, IRENAEI discipuli, qui sive in majori adversus omnes sectas opere, sive peculiari id egerit libello, solemne impostoribus hisce bellum indixit. Tot antiqui Doctores, (recentiorum enim in tota hac demonstratione nulla ratio ducetur) non certe pueri, quo NICOLAITAS comprimerent, sudarunt: & nusquam tamen, nisi in eorum commentariis, haec secta extitisset! Tuam fidem! Vir Amplissime! Quis hoc credere possit? Quis tam stolidos fuisse viros optimos existimet, ut cum larvis pugnam inire, hominesque nusquam locorum visos aut auditos conculcare, sibi gloriosum duxerint? Id fortassis aliquando factum est, ut ex male perceptis scriptoris cujusdam verbis unus aliquis homines effingeret, quos terrarum orbis non noverat. Quo tamen errore ne diutius teneretur, ab aliis statim provisum est. At vero, quis umquam tam emotae fuit mentis, ut in sectam calamum stringeret, quam turbas aliquando dedisse numquam cognoverat, quamve non aliunde, quam ex obscuro quodam libri Prophetici loco, didicerat? Ac ut fingamus, eo quem-

quam

(d) Comm. in Apocal. p. 9. ed. PELTANI.

quam stuporis ex Patribus abreptum fuisse, num credibile est ceteros, viros non indoctos, omni neglecto examine, easdem cum illo tibus inflaturos fuisse, neminem futurum, qui tanti demum momenti fraudem deprehendisset? Judicent, qui rerum in divino cœtu gestarum non ignari sunt, num hoc facile fieri potuerit? Non id sibi vel Sophistae veterum sumebant, ut viros nominaque comminiscerentur, quae suis in declamationibus repraesentarent, sed cognitae ex certis monumentis res argumenti loco deligebant. Patres vero, pietate in Deum venerandos, in operibus, quibus cœtus CHRISTI commodis consulere cupiebant, conficiendis tam supinae fuisse negligentiae, ut num fictas, aut veras profligarent sectas, parum habuerint pensi, quis dicere auderet? Et mirum sane, si hoc animo fuissent, quod non BALAAMITARUM, aut JESEBELITARUM sectam nobis conflasset? Mirum, quod ABADDONISTAS aut APOLLYONISTAS ex apoc. IX. 11. non viderimus? Mirum denique, de antiquioribus Patrum loquor, quod non HERMOGENIANOS quoque & PHYGELLIANOS, HYMENAEISTAS, PHILETIANOS, quorum PAULUS nomina exhibet, id quod majori sane jure fieri poterat, & invenissent & conscriptis dissertationibus impugnassent? Paucis: Nemo sobrius umbris litem intentare solet.

Ita

Ita mihi huc usque, Vir Amplissime, in negotio versatus esse videor, ut relictis levioribus recentioribusque, indubiis NICOLAITAS argumentis stabiliverim, iis nimirum, quae in istiusmodi demonstrationibus pro firmis haberi solent. Etenim in rebus facti, qualis haec nostra, si nil contineant ab humana fide alienum, major non potest efflagitari probatio, quam si testes temporibus rei gestae proximos, ab omnique decipiendi aut levitatis suspicione remotissimos fuisse, doceatur. Si aliae insuper accedant rationes, quibus illustrior in dubium vocata res reddi possit, nae sui foret immemor, ne quid gravius dicam, qui his adquiescere noleret. Atque hoc non solum probandi modo cum usus fuerim, verum etiam, quae sese offerebant, impedimenta removerim, id, ni fallor, consecutus sum, ut nisi paria, immo majora, cum nostris argumenta committantur, victoria jam ex nostra parte constituta sit. De his itaque nunc mihi dispiciendum esse, existimo, rationesque pensitandas, quibus commoti viri longe celeberrimi in contrariam iverint opinionem.

Quod dum facio, credas velim, Vir candidissime, fautor honoratissime, credant omnes TEcum, non contradicendi, sed veritatis studio me scribere, nec virorum summorum perspicaciae aliquid detrahere velle. Longe supra meas laudes, quos hic adgre-

gredior, constituti sunt, orbisque terrarum
 iudicio declarati. Quibus sane perfacili ne-
 gotio eadem, quae mihi patuissent, nisi in-
 dignam fortassis rem putassent, quae con-
 sueta sibi industria ponderaretur. Homines
 sumus, qui in rebus antiquioribus perfae-
 pe fallimur, eaque defendenda suscipimus,
 quae reliquis, quibus imbuti sumus, opinio-
 nibus maxime congruunt. Valeat & ex mea
 parte suavîs ista persuasio, me, quod repre-
 hendi non possit, adversus eos protulisse.
 Aliter sane sentio, qui, quam tantis viris
 eruditione, meritisque sim inferior, satis
 perspicio. Sed ad ipsam iam accedo dispu-
 tationem, earumque copiarum, quas Trium-
 Viri celeberrimi, CAMPEGIUS VITRIN-
 GA, HIERON. DURERUS, sacrorum apud
 Osnabrûgenses Antistes, & vir doctus,
 quem supra nominabam, in Actis Erudi-
 torum, adversus NICOLAITAS produxere,
 robur tentabo. Ex multis vero antiquiori-
 bus & recentioribus hi mihi praecipue se-
 lecti sunt, quod & doctissimi sint, & quae-
 cumque dici poterant, acute edisseruerint.

Primo quidem loco Celeb. VITRINGA (d)
 monet

(d) de haeresibus in ecclesia Apostolica ortis. Observa-
 tionum sacr. Libr. IV. cap. IX. §. XXXII, §. XXXIII.
 p. 1002. ed. recentissimae Argumentis ibi a se laudatis
 addit Vir Summus: *Quae singula prolixè demonstra-
 re possemus, si res tanti esset: vellem, fecisset vir da-*

monet, *Patrum illarum traditiones nullam nisi certam auctoritatem.* Vix, quid his sibi velit verbis, quae ambigua sunt, Vir maximus intelligo. Si recte conjicio, hic erit sensus: Nullum a Patribus, CLEMENTE potissimum & IRENAEO, (ceteros enim hos ante oculos habuisse, non negabit vir egregius) testem fide dignum adferri: sed suas secutos esse conjecturas, quas aut JOANNIS patefactio, aut fama mendax excitaverit.

Supra jam, cum sectam hanc adstruerem, objectioni huic ex parte responsum est. Age vero, rem curatius jam intueamur. Equidem non dicam, etiamsi & hoc uti possem praesidio, satis fuisse patribus in divino JOANNIS libro auctoritatis, cujus sensum, quod ad Epistolas adinet, mere arcanum esse, nondum extra controversiam positum est. Id vero nescio, quae possit a testibus aut rei gestae tempore, aut statim post illud viventibus auctoritas postulari? Scripta fortassis nominare debuissent, unde sua hausissent? Quid si vero nulla extiterint? Quid si vero res tam fuerit omnibus explorata, ut ad aliorum remittere testimonia absurdum fuerit? Centum nondum anni post scriptum JOANNIS librum defluerant, quorumcumque etiam sequamur rationes, cum suum
IV.Fascicul. Dd IRE-

etus, cum tanti profecto res sit. Forte & alicubi fecit. Sed cum omnia eius mihi ad manum non sint, in his subsistendum mihi est.

IRENÆUS librum conscriberet. Neque satis credibile est, statim post consignatam JOANNIS visionem homines hos desisse, ut brevius adeo intervallum inter NICOLAITAS, si quidem jam tum extincti fuerint, & IRENÆI librum intercesserit, qui illos adhuc, cum in Asia juvenis versaretur, nosse potuit. Quid ergo opus erat, ut testes rogaret, quo fidem faceret, fuisse homines, quorum inter omnes memoria adhuc vigebat? Non auctoritates semper crepant, qui de rebus commentantur, quarum expressa adhuc in omnium mente sunt vestigia. Porro dilucidius ex CLEMENTE ALEXANDRINO adparet, tunc temporis superasse sectam illam, cujus propterea fulcra sedulo evertebat. Quae, sodes, auctoritas adferenda est viro, quem res gestas & vidisse & pernovisse liquet? Majus, si quid video, testimonium efflagitari nequit, quam ipsorum horum virorum, qui fraudis erant nescii, ipsiusque rei optime conscii poterant esse. Qua denique certa auctoritate nituntur, quae de aliis sectis illius aevi Patres commemorant? Nulla certa, nisi propria. Credimus illis, quoniam iis vixisse novimus temporibus, quibus recens erat pravorum doctorum memoria, quibusve illi ipsi somnia sua enixi erant. Cur itaque non eadem hac in causa obtinet ratio? Verum haec ita a me disputantur, quemadmodum Vener.

VITRINGAE mentem capio. A qua si forte ob verborum brevitatem aberravero, nemo cordatus moleste feret. Mihi nihil erit jucundius, quam si quis, quo pacto erraverim, ostendere, uberiusque, quid senserit Vir Summus, edisserere velit.

Connexum est huic secundum Viri celeberrimi argumentum: *Non esse constantes Patrum traditiones, sed sibi contrariari.* Subobscura rursus haec sunt verba, quae tamen Vener. DURERUS magis, ut videtur, reddit perspicua. (e) Hoc nimirum animum ma-

Dd 2

gno.

(e) Libro: Geheimniß des Reichs Jesu Christi / oder gründliche Erklärung der Offenbarung Johannis p. 72. 73. ed. Wolfenb. 1701. in 12. Was dis/ait, vor Nicolaiten, oder was ihre Secte und Lehre gewesen / davon schreiben die alten Väter so ungleich / dunkel und verwirrt / (haec aliis forsitan intentus vir doctus scribebat. Non enim tantis obvoluta sunt tenebris, nec tam perturbata, quae de NICOLAITIS antiquissimi Patrum tradunt) daß man weder aus ihren Schrifften / noch aus der ganzen Kirchen Historie nicht das geringste gewisse / ja nicht einmahl wahrscheynliche (Fallor, aut hic nimum aliquid Vir celeberrimus loquitur. Vel ex fabulosis incertissimisque traditionibus aliquid veri non dissimile potest erui. Non vero, ut cuivis patet, tam sunt incredibilia, aut a sana ratione remota, quae de NICOLAITIS apud priscaos leguntur.) haben kan / darauf im geringsten zu fussen. Et paulo post p. 74. 75. Aber außser dem / daß keiner von den ersten Kirchen-Scribenten etwas gewisses davon vorzubringen weiß / (hoc gratis iterum dicitur) sondern alles entweder zweiffelhaffig / wie Clemens Alexand.

gnorum virorum offendit, quod alter Patrum adfirmet id, quod alter e contrario neget. Sic enim eos argumentari, existimo. Si enim hoc tantum vellent, diversas inter sese Patrum esse narrationes, ut hic illo plus minusve tradat, vix argumenti quaedam species adesset. Pace vero doctissimorum hominum quod dixerō, ego quidem, quas illi narrant, contradictiones Patrum ignoro. Mitto testes recentiores, hos enim in partes me vocare nolle, saepius dixi, etiamsi & difficile foret, manifestas istorum ostendere contradictiones.

Ubi, quaeso, IRENAEUS & CLEMENS, testes praecipui, dissentiunt? Uterque, immo omnes, in hoc conveniunt: NICOLAITAS fuisse, qui carnis diis immolatae esum, scortationemque licitam judicaverint, CLEMENS nonnulla habet sibi propria, quae IRENAEUS ignorat. At vero, num sententiis idcirco dissident, quod alter pro instituti ratione proluxior, alter brevior sit? Nemo hoc dixerit. Sed hoc quoque largiri mihi videntur viri celeberrimi, in eoque tantum

auch zweifelhaftig davon redet / ajunt enim, spricht er: Denn man sagt / daß nemlich solche Leute gewesen: oder widerstreitig wird vorgebracht / was davon erwehnet wird; (ut CLEMENTEM haec scribens inspexerit vir doctus, equidem vereor. Is enim non de ipsa secta, sed de ea, quam de NICOLAIO adfert, narratione, formula hac utitur.) So ist es vorerst gar nicht glaublich 2c. 2c.

tum contrarias quaerere sententias, quod alter a NICOLAO, Diacono, originem hanc sectam duxisse, adfirmet, alter vero CLEMENS, id criminis in sanctum illum virum cadere, neget. Enimvero, si, quod viros doctos pungat, praeter hoc nihil est, contradictionis culpa jam sancti Patres absoluti sunt. IRENAEUS & post eum alii fidem habuerunt impostorum dictis, qui ad NICOLAUM, Diaconum, natales suos referebant. Num vero CLEMENS, non hunc ducem & auctorem doctrinarum suarum venditasse NICOLAITAS, docet? Hoc si scripsisset, dissidium inter hunc & IRENAEUM fuisset. At in hoc plane adsentitur IRENAEO, quod hoc sese parente extulerit impura cohors: sibi vero videri, ait, quod male hoc sese principe jactet, cujus recte dicta factaque prorsus perverterit. Adeo CLEMENS non alienus est ab IRENAEO: id disputat, an ea, quam fingebant NICOLAITAE, vera mens NICOLAI fuerit? Ad quantas jam angustias, Vir Amplissime, haec reducta est contradictio? Non quaeritur jam de NICOLAITIS, aut existentia illorum: de pietate NICOLAI lis est, & num spurii aut legitimi ejus filii NICOLAITAE fuerint? quod quam parum ad rem ipsam faciat, optime intelligis. Apertius vero loquar. Ecquis certos viros doctos fecit, IRENAEUM hic a CLEMENTE dissentire?

Generatim loquitur de NICOLAO, tamquam sectae conditore, aut, ut rectius dicam, auctore. Jure aut injuria hoc crimen in eum conjiciatur, non addit. Conspirant inter sese Patres, quod ad rem ipsam: num eadem ipsis aut diversa de NICOLAI probitate mens fuerit, quaeritur? Quae hic contradictio? Quid si vero maxime sibi invicem Patres repugnarent? Quid si vel de pluribus rebus huc spectantibus lites inter ipsos fuerint agitatae? Nihilo tamen secius non vicerint hoc telo viri docti. Per me in circumstantiis, in doctrinis enumerandis tot occurrant sententiae, quot capita. Per me, quod hic retulit, alter falsum esse, clamitet. Nisi alter dixerit, extitisse NICOLAITAS, alter hunc erroris mendacique postulaverit, parum ex sententiarum divortiis, quae tamen, ut vidimus, finguntur, roboris viri docti sentient. Hoc scilicet optime norunt: A diversis auctorum circa rei circumstantias sententiis ad negationem ipsius rei non valere consequentiam.

Ruinam jam, his ita repulsis, minatur, quam a NICOLAI innocentia morum ducunt, argumentatio. Tam Celeb. VITRINGA, quam DURERUS (f) & qui non alii? spe-

(f) l. c. p. 75. 76. So ist es vorerſt gar nicht glaublich/ daß dieser Nicolaus, der das Zeugniß hat Apost. Gesch. 6. daß er ein Mann gewesen / voll Heiliges Geistes und Weisheit / etne solche ungereimte und

ſpectatae ſanctitatis virum NICOLAUM eo
 prolapſum fuiſſe veſaniae, ut tam nefandam
 conſtruxerit ſectam, incredibile eſſe, opi-
 nantur: magis veritati adverſari, addit DU-
 RERUS, quod vir hic, ab Apoſtoliſ admo-
 nitus, ad frugem ſe non receperit. Fulcrum
 proſecto qui hic ſibi videtur amplecti, aegre
 lapſum effugiet. Mutatam jam vides, Vir
 Eruditiffime, ſcenam. De Auctore ſectae,
 non de exiſtentia jam pugnatur. Quem ſi
 NICOLAUM non fuiſſe; conſentiamus, ni-
 hil hinc noſtrae decedet cauſae. Disputa-
 tum eſt aetate noſtra, & fortassis nobis defun-
 ctis diſputabitur de opinionum quarumdam
 inventoribus; quarum tamen fuiſſe defenſo-

D d 4

fores

närrische That begehen ſolte / und damit er nicht ey-
 ferſüchtig wolte angeſehen ſeyn / ſein Weib öffentlich
 ſolte prostituiren haben. (Non haec omni ex parte
 CLEMENTIS narrationi congruunt. Verum & de
 hac Historia non diſputatur, ſed de exiſtentia ſectae
 NICOLAITARUM.) Es iſt viel weniger glaublich /
 daß im Fall es ja geſchehen / er nicht von den Apo-
 ſteln / welche damals noch das mehrer Theil müſten
 gelebt haben / weil dieſe Ketzer ſchon um das Jahr
 67. oder 68. ſollen angefangen haben / ihre Ketzerey
 auf die Bahn zu bringen / (haec quidem admodum
 incerta ſunt & lubrica, nec rem ipſam tangunt) ſol-
 te von dieſer Thorheit ab und auf einen beſſern Weg
 gebracht worden ſeyn. (Non hoc factum eſſe nega-
 mus, liquidem criminis objecti reus fuerit NICO-
 LAUS. Quin &, hoc conſeſſo, lubenter dabimus;
 ad ſaniorẽ mentem rediſſe hominem. Sed quid
 hoc ad quaestionem noſtram ?)

fores in contentionem numquam vocari potuit. Si alicujus numeri argumentum viro- rum doctorum esse debet, sic, puto, concipiendum erit animo: Quicumque in aliqua errat circumstantia, ille in toto negotio errat, aut saltem errare potuit. Atqui IRENAEUS, CLEMENTEM enim haec non feriunt, qui falso ad NICOLAUM hos homines provocasse vult: in auctore sectae erravit, quem male NICOLAUM Diaconum fuisse, retulit. Ergo in toto negotio erravit, aut saltem errare potuit. Ignoscant mihi viri celeberrimi, si minus recte calculos hic duco. Quod enim aliud eorum argumentum hic esse possit, non intelligo. Quam vero, bone Deus! incerta, quam lubrica haec est argumentatio? Aut plane non, aut infinitis cum restrictionibus major admitti potest propositio, absolute spectata. Sin vero ad praesens referatur negotium, nihili plane est, ut ex dictis adparet, omnemque vim amittit. Sicque adeo tota argumentatio se ipsam conficit. Minor rursus propositio & certitudine caret & veritate. Supponunt hic primo loco viri docti, IRENAEUM credidisse, quod vere NICOLAUS eas fove- rit doctrinas, quibus postea NICOLAITAE addicti fuerunt. Hoc enim nisi pro certo putetur, omnis a sanctitate NICOLAI ra- tiocinatio nulla est. Ecquo vero loco IRE-
NAEUS hoc scripsit? Ubi manifesto sese sce-
lere

lere NICOLAUM obstrinxisse, refert? Generatim, uti jam monui, loquitur, nec certo sciri potest, an verum sectae hujus parentem NICOLAUM indicaverit? Neque tamen, etiamsi dederim scripsisse hoc IRENAEUM, quidquam viri docti proficiunt. Quid enim? Qui pius est, pessimorum errorum genitor esse nequit. Concedo: sed ita porro concludo: Atqui DEMAS inculpatis aliquando moribus fuit: Atqui ARIUS veram olim professus est fidem. Ergo neque ille, relicto PAULO, mundi mancipium fieri, neque hic pessimorum dogmatum pater esse potuit. Qui pii, iidem homines, lapsibusque sunt obnoxii. Major itaque falsa, minor, ut levius dicam, vocabulis fortassis, forsitan, videtur nititur. Quod demum conclusioni ponetur pretium?

Ceterum hic maxime observandum erit; quae de sanctimonia NICOLAI, quae, quominus malefani gregis dux esse potuerit, prohibeat, disputantur, non ultimos summaeque existimationis testes CLEMENTEM & IRENAEUM, quibus potissimum credimus, petere, sed sequentis aevi patres, quorum cuncta de NICOLAITIS tradita non nostra facimus. Ut ineptias opinamur, levesque suspiciones, cum inter LXX. Servatoris discipulos ab EPIPHANIO, HIPPOLYTO (g)

D d 5

ac

(g) Catal. LXX. discipul. Christi. T. I. Opp. Hippolyti Append. p. 41.

ac DOROTHEO TYRIO, (b) quem V. C. DAVID BLONDELLUS (i) ex merito castigavit, nomen NICOLAI^r relatum conspiciamus: Ut merito ridemus, quod, cœtui Samaritano præfectum fuisse, narrant: Ita fabulas esse, quae DOROTHEUS, (k) aliique cum eo de defectione ejus garrunt, non diffitemur. Boni viri constantem veterum de NICOLAO, novae sectae auctore, traditionem noverant: veram fidem cum ejusmodi vitiis stare non posse, intelligebant: Hinc in proclivi erat, ut de ejus ad improbam vitam transitu fabellas excogitarent. Dudum vero jam est, ex quo Patrum doctissimus CLEMENS ALEXANDRINUS, id quod satis jam ostensum est, egregie, quae sceleris pura NICOLAI vita dubia poterat parere, diluit, atque mediam adeo viam hic calcandam esse, prudenter admodum demonstravit.

Ego quidem, posteaquam serio CLEMENTIS loca, istiusque aevi rationes mecum consideravi, nil obstare vidi causæ, quo minus in ejus irem sententiam, fabulis.

(b) de LXX. CHRISTI discipulis p. 476. ed. recent. Hamburg.

(i) Commentariolo ad Dorotheum p. 501.

(k) In verba ipsa spiritii illius DOROTHEI: Νικόλαος, ὁ εἰς τῶν ὀ, ὃς Ἐπίσκοπος Σαμαρείας γενόμενος, ἑτεροδόξησεν, ἀμα τῷ Σίμωνι, venuisse, Scribere hic est refellere.

lisque non omnino, quae ibi de NICOLAO narrat, connumerarem. Sic itaque me fert opinio, etiamsi aliter doctorum hodie plerosque sentire haud ignorem, virum alias optimum, dicto quodam aut facto, citra tamen suam culpam, libidinosi hominibus, ut nomine suo abuterentur, occasionem praebuisse. Ecquid, quaeso, in his a veritate adeo videtur abluere, quod NICOLAUS ob uxoris formositatem in nimii amoris (Zelotypiae odiosum nomen valeat, ne quis vel hoc offendatur) suspicionem venerit, qui a Domini ministerio alacriter obeundo, cui ut rerum mundi contemptus, sic moderatus in uxores adfectus, I. Cor. VII. 29. conveniebat, avocare eum potuisset: quod blande postmodum a sanctis Dei viris propterea compellatus, publice, se animi plane sui motus compescuisse, nec tam uxori, ut putabatur, quam Domino adhaerere, demonstraverit: quod, quo melius haec animi sui sensa cunctis patefaceret, uxori facultate alteri nubendi concessa, ipse perpetuae se continentiae consecraverit: quod, tametsi saepius, non Domini praecepta hunc rigorem postulare, moneretur, propositi tenax fuerit, sancteque responderit: *ὅτι παραχρησάδασι σαφῆσι θεῶν.* Quidnam, inquam, horum aures adeo percellit, ut statim rejiciendum videatur? Esto, virum pium iusto severiorem sibi legem sanxisse,

xisse, confilio non quidem laudando : num idcirco impius, quod nimis pius ? Et quis, fodes, est, qui nesciat, priscis Christi discipulis hanc fuisse receptissimam consuetudinem, ut pari consensu perpetuam ab opere conjugali abstinentiam voverent ? (1)

His vero admisis, quid facilius fieri potuit, quam, quod homines, scelere & libidine inflammati, NICOLAO praecipue fatis jam functo, ista perverterent, suisque aptarent nefandis facinoribus ? Abundabat certe tempestas illa viris, qui, etiamsi Christianis sacris initiati essent, hanc sibi veniam dari volebant, ut tuto scortari, profanisque gentium conviviiis interesse liceret. Quorum furor cum Apostolorum decreto Act. XV. repressus, sicque omni a praesidio relictus esset, num alias eos elabendi rimas non quaesivisse putas ? Commodum vero dubio procul ipsis accidit hoc NICOLAI factum aut delictum una cum ipsius dicto. Quo perverso plane ac detorto sua se flagitia tanti viri auctoritate exornare posse, ac tueri intelligebant. Hinc NICOLAITARUM ipsis haesit nomen, quod alii quidem ob rei gestae ignorantiam jure ipsis tribui opinabantur, alii, iique peritiores, male ab ipsis usurpari judicabant. Sed prolixius haec disputu-

(1) Vid. modo V. C. CONR. RITTERSHUSIUM
Comm. ad SALVIANUM MASSIL. p. 375. ed.
Bremens. p. 115.

sputata sunt, quam rei flagitabit necessitas. Non magni sane putari potest argumentum hoc: Videtur, quod vir pius, NICOLAUS, sectae non fuerit conditor. Ergo illa plane non fuit. Ego quidem nullum hic nexum video.

Gravius jam mihi telum retundendum est, Vir Amplissime, quod vir doctissimus, jam a me laudatus, qui editionis IRENAEI a RENATO MASSUETO curatae summam in *Lipsiensibus Eruditorum Actis* exhibuit in NICOLAITAS vibrat. (m) Ita nimirum is in-

sti-

(m) Act. Erud. Lips. A. MDCCXII. April. p. 179. Desiderat vir doctus peculiarem *de fide Historica IRENAEI Dissertationem*, quae MASSUETO huic editioni praemittenda fuisset. Non displicet postulatum, quod laborem ejusmodi nonnullius usus fore, facile perspiciam. Conabor & ipse aliquando, si per aspera fata vitamque licuerit, reliquis, quas paro, in IRENAEUM observationibus specimen illius adjungere. Neque defendendum mihi sumo, aut eunctorum patrum, aut IRENAEI, quem vir celeberrimus praecipue tangit, fidei ac testimoniis stari semper posse. Nescio tamen, ut ab eorum plane abhorream instituto, qui antiquissimorum doctorum (recentiores enim mitto) fidem ubivis labefactare cupiunt, etiam si justa vix adpareat ratio. Maiorem, puto, reverentiam sanctis tantorum virorum manibus debemus, quorum plerique pro Domino ejusque veritate mortem oppetierunt constantissime, quorumve contemptus ipsi veritati Christianae nociturus aliquando videtur. Non haec in virum doctum dicta sunt, cu-

stituit : *Johannem in Apocalypsi tota non proprietatem verborum secutum esse, sed symbolico ac aenigmatico dicendi genere usum fuisse. Hinc NICOLAITAS dum memoret, eum non indicare fuisse*

ius veneror doctrinam, meritaque, quisquis sit, quemque alienissimum a pravis illis, quostango, moribus esse, haud difficulter credo. Sed tamen, ut nihil dissimulem, quaecumque adfert, quo suspecta reddatur fides IRENAEI, nondum me commouent, ut assentiar. Tria sunt, quorum unum de Simone Mago; alibi excussi, alterum de NICOLAITIS supra, ut possum, refello: tertium, de origine dogmatum *Valentinianorum & Gnosticorum* brevibus hic considerabo, ut in luce adeo collocatum sit, inconcusam adhuc, in his quidem, IRENAEI fidem stare. Dubitat vir clarissimus, an TERTULLIANUS IRENAEUM recte vocaverit, omnium doctrinarum curiosissimum exploratorem, cum MASSUETUS longe rectius de GNOSTICORUM origine, quam IRENAEUS judicaverit. Cum igitur, pergit, Irenaeus non viderit, haereticorum illorum dogmata ex Theologia Gentilium, maxime Platonis, repetenda esse, verendum est, ne non satis peritus fuerit Historiae Philosophicae, nec ubique recte exponere potuerit haereticorum dogmata. Quapropter non damnat iudicium V. C. JO. CLERICI, quod de IRENAEO tulit *Animadvers. in Joh. I. 16. p. 41.* his verbis: *Vir profecto fuit pius & religioni Christianae addictissimus: sed callidum rerum & dogmatum aestimatorem numquam credent, qui ejus opus non oscitanter legerint.* Liceat hic mihi primum animadvertere, me argumenti hujus adversus IRENAEI fidem nexum non satis perspicere. Quid enim, quaeso, hoc ad fidem facit Historicam, origines do-

fuisse pravos homines, id nominis gerentes, sed
fuisse, qui tunc hoc nomine haud injuria vocari
potuissent. Eodem modo v. 20 Jesebel usurpari.
Eandem rationem esse & nominis ἀΐυτος, Apoc.
VIII,

doctrinarum non recte investigare posse? Potest sane
quisquam optime hominis aut sectae cujusquam
scita enarrare, tametsi nesciat, quo ex fonte manave-
rint. Dedit nobis V. C. LUDOV. ANTONIUS
MURATORIUS *Anecdotorum Graecorum Tomo I.*
Patavii 1709. in 4. edito de Synisactis & Agapetis
ad celeb. MONTFAUCONIUM Disquisitionem.
Potuisset ea rem omnem curate methodo Historica
pertractare, etiamsi ad Platonica principia non con-
fugisset. Quem in eo animum dubio procul doctis-
simus DODWELLUS excitavit, cujus de hac quo-
que re elegans extat *Dissertatio in Cyprianicis* III. p.
6. f. ed. Brem. qua ritum hunc ad amorem PLATO-
NICORUM referendum esse, ingeniose disputat.
Pari plane ratione IRENAEUS VALENTINIANO-
RUM & Gnosticorum dogmata rite suo in nexu
exhibere potuit, id quod &, veluti operis ostendit
lectio, sollerter fecit: potuit hoc nomine omnino
curiosissimus doctrinarum explorator dici, eo quod
magna industria unus omnium inter patres Com-
mentarios haereticorum pervestigavit, excussit, in-
tegrumque eorum Systema proposuit: etsi in sen-
tentiarum originibus perquirendis & examinandis
minus feliciter versatus fuerit. Si quid est, quod
divo Viro vitio possit verti, hoc erit, quod, quid
portentosis suis vocabulis mortalium stolidissimi de-
signare voluerint, non satis ceperit. At enim ve-
ro, hic magnus mihi erit Apollo, qui citra erroris
periculum hic quidquam proferte possit. Copio-
sam suspicandi materiam, non certi quidquam de-

VIII. II, *Docere diserte Johannem Apoc. XI. 8. nomina a se adhibita non proprie, sed πνευματικῶς capienda esse; Graecoque nomine hic NICOLAITAS dici, qui Hebraico BALAAMITAE. Ve-*

finiendi locum; nugae istiusmodi suppeditant. Ego vero fatius fuisse existimo, nec in eo imprudenter IRENAEUM se gessisse, quod, neglectis disquisitionibus de vera hominum istorum mente, nude ex scriptis eorum rem proposuerit. Etiam si enim doctissimas nobis coniecturas dedisset, multoque labore verum sensum tantorum scilicet mysteriorum venatus fuisset, non idcirco tamen nostri saeculi censuras effugisset, quod acutius cunctis antiquis se cerere credit. Quinimmo majoris fortassis imperitiae, quam quidem nunc, fuisset postulatus. Si quis ex me quaerat, quid barbaris his nomenclaturis sibi voluerint homines GNOSTICI & VALENTINIANI? breviter, me nescite, respondebo. Id novi, homines aut emotae mentis, aut nullius doctrinae impostores fuisse. Quorum in stercore aurum sine spe lucri quaerere, non mihi, sed cuicumque placuerit, datum esse opinor. Placent verba V. C. JO. CLERICI *Hist. Eccl. Sec. II. ad A. CXXII. § XVI. p. 586.* Ceterum si Valentinus dicere tantum voluisset res, quae in confesso apud Christianos erant, merus agyrta fuit, qui suam inscitiam novis vocabulis velavit: sique ab aliis Christianis, vocum tantum causa, secesserit, impostorem & turbulentum ingenium esse oportuit. Sin vero novi quidpiam & antea ignotum in lucem, ut videtur, proferre se putaverit, clarius loqui eum oportuit, aut certe iis non uti verbis, quibus non nisi absurdus sensus tribui posset, & propter quae ejus sententia, ut ridicula, ab omnibus sani cerebri hominibus non reiiceretur.

Verum enim vero haec omnia, etiam si non ab ingenio relicta sint, nullo tamen modo rem conficient. Quod principii loco vir doctus ponit, JOANNEM improprio dicendi
 IV. Fascicul. E e di

Non est delictum, cui ignoscere quisquam possit, si veritas ita exprimat, ut propterea infamari queat; nec facile mihi persuaserim, quemquam fuisse, qui cum eximia quaedam dicenda haberet, obscuro & absurdo sermone ea vestire voluerit. Nesciverit ergo veram vocabulorum illorum interpretationem IRENAEUS: non Historica ejus fides idcirco vacillat. Nec propterea quoque illa labitur, si doctrinas, quas ipsis tribuit, satis apte ad fontes suos non reduxerit, id quod jam ex dictis liquet. Quod si aliquid operae in ejusmodi disquisitione voluisset ponere, non sibi detuturum fuisse, arbitror. Non enim tam antiquae philosophiae scriptorumque hujus generis ignarus erat, ut quidem vir celeberrimus putat, sed passim in opere suo se non hospitem adeo animum ex illorum lectione retulisse, ostendit. Quid vero his opus erat scrutiniis & curiosis explorationibus, ubi veritatis agebatur causa, hominesque rudiores edocendi erant, ne auratis quisquibus decipi se paterentur? *Tota, quam de causis & fontibus haeresum vocant, tantoque conatu nonnulli commendant, disceptatio mihi admodum lubrica, odiosa & levis pretii habetur, qua de re alio loco, quid sentiam, adductis momentis indicabo, maxime vero hic, ubi nusquam reperias, quo tuto pedem figere possis. Dignam nostro tempore praestantissimi ingenii sui viribus materiam existimarunt viri celeberrimi de origine dogmatum Valentini, quorum una pars pro Cabbala, altera pro Platonica disciplina acerrime pugnavit. Utraque non sine laude & doctri-*

di genere usum esse, non reiicimus; sed vellem, illud quoque in epistolis locum habere docuisset; de hoc enim maxime quaeritur. Quid vero de conclusione dicendum erit, cujus

nae gloria. Inventus est demum, qui media quasi via incedens Ægyptiacam Theologiam hujus sectae matrem fuisse voluit, Vir nimirum Reverendissimus, GEORGIUS HOOPERUS, Bathoniensis & Wellensis apud Anglos Episcopus, *cujus de Valentinianorum haeresi conjecturae, quibus illius origo ex Ægyptiaca Theologia deducitur, Londini MDCCXI. in 4. prodire.* Libellus est brevissimus; sed varia refertus eruditione, & vel hoc nomine aestimandus, quod modestissimus auctor se nil praeter coniecturas proponere posse, diserte in Titulo profiteatur. Atque ita sane est. Quidquid pingant, quidquid fingant viri egregii, quae eruunt cuncta, non certa, sed suspiciosa erunt. Ego quidem, postea quam animo composito ad hanc rem cognoscendam accessi, sic omnia comparata deprehendi, ut, a cujus partibus veritas staret, certo dijudicari non posset. Multa, fateor, sunt, quibus se tueri possunt, qui PLATONICA & PYTHAGORICA praecepta hic invenisse sibi visi sunt, inter quos doctissimus MASSUETUS primo loco nominandus est. Antiquitas hoc jam creditam fuit, hujus sectae quam plurima ex Academia repetenda esse. Audiatur tantum brevis ob spatii penuriam TERTULLIANI locus *Libro de carne CHRISTI cap. 20.* Nobis, ait, quoque ad hanc speciem Psalmi patrocinantur, non quidem Apostatae, & haeretici, & PLATONICI Valentini, sed sanctissimi & religiosissimi & receptissimi Prophetae David. Verum suis quoque, iisque non levibus, difficultatibus haec premitur sententia, quibus cete;

cujus praemissae controversia nondum ca-
rent? Penitius vero rem consideremus.
Esto, totum JOANNIS librum, ne epistolis
quidem exceptis, reconditis scatere sensibus.

E e 2

Jam

rae nihil minus abundant. Obscurarum enim rerum
non alia solet esse ratio. Et quid si neutra vera esset?
Quid si sola in cunctis his doctrinis phantasia regna-
ret? Quid si ex quibusvis Philosophorum sectis
inepte mista esset farrago? Quaecunque solo regun-
tur ingenio, infinitis sententiarum divortiiis obnoxia
sunt. Mihi tanti omnis haec lis numquam visa est,
ut quis, nisi forte animi gratia aut ingenii exercendi,
serio eam tractaret. Si quis tamen mihi, mediocri
ingenii homini, bilem moveat, intra triduum,
quamquam vehementer occupatus, ex Physica Demo-
criti & Heracliti, aut, si malis, ex STOICORUM
aut EPICURAEORUM disciplina nullo negotio Bythum
& Pleroma Valentinianorum una cum omnibus aeni-
bus deducam. Quanto sapientius IRENAEUS fecit,
qui simpliciter causam hanc sibi perorandam duxit,
non ingenio ad fontes, nescio quos, referendam.
Vidit tamen fortassis idem ille vir id, quod verissi-
mum est. Praeterquam enim, quod ex detortis &
male intellectis sacri Codicis locis magnam hujus do-
ctrinae partem finxisse, ostendit, cunctis fere Philo-
sophorum sectis eam aliquid debere, erudite demon-
strat L. II. cap. XIX. p. 139. s. Quod caput si pen-
sitasent viri docti curatius, nec tantas forsitan lites
movissent, nec supinam Philosophicae Historiae igno-
rantiam, aut malam fidem IRENAEO obiecissent.
Ego hanc sancti viri mentem in obscura re meam
facio, nec a quoquam rationum pondera congeri
posse, existimo, quibus ab illa dimovear, aut erro-
ris convincar.

Jam hoc quaeritur : Annon in ejusmodi libro nomina possint adhiberi, quorum, ut ita dicam, subiecta re vera extiterint? Negari hoc nequit, nisi absurdissima velimus tueri, eaque omnia, quae de TYRO, BABELE, aliisque sancti vates tradunt, aut omnino secundum litteram esse intelligenda, aut urbes illas numquam extitisse, contendere. Hoc admissio, me non intelligere fateor, quid obster, quo minus NICOLAITARUM secta vere fuisse credatur, etiamsi eorum hic nomen typicum tantum sit, aliosque denotet homines post multa demum saecula surrecturos, qui ob similitudinem quamdam cum istius temporis NICOLAITIS hoc quoque nomine potuerint adpellari. Et vereor, ut noster jam factus sit vir doctus, dum JESEBELIS nomen eodem, quo NICOLAITARUM, modo poni dedit. Quid si enim sic argumentemur : Ut quondam vere mulier quaedam fuit, JESEBEL dicta, cujus nomine ob similia peccata in divina JOANNIS patefactione idolorum quaedam urbs cultui dedita nuncupatur : Ita & aliquando, immo tunc temporis, homines quidam fuerunt, NICOLAITAE dicti, quorum nomen ob scelerum paritatem aliis, quicumque demum fuerint, nequitiae magistris optime competere posse, sanctus Vir ratus est. Sic vel responsione non egent reliqua, quae vir doctus, ut mysticam nominum rationem ad-

adstrueret, monuit, Vox ἀψυτος Apoc. VIII.
 11. mirum quantum a NICOLAITARUM
 vocabulo distat. Nec enim meminerim,
 usquam in priscis scriptoribus Apfinthianos
 haereticos perstringi. Qua vero ratione
 locus Apoc. XI 8. eo possit, quo vir doctus
 vult, trahi, cuncta sanctae patefactionis no-
 mina πνευματικῶς esse capienda, me plane
 fugit. Recedat ergo haec probatio de me-
 dio, donec luculentius a Cl. Viro expositum
 fuerit, qua lege ea, quae de Sodomā & A-
 gypto spirituali ibi dicuntur, ad cuncta di-
 vini libri nomina transferri debeant. Atque
 sic parum id NICOLAITIS offecerit, si quis,
 de quo tamen adhuc disputatur, nil nisi fu-
 turi temporis mysteria sanctum vatem his
 epistolis cecinisse, existimet. Sed veniam
 mihi det Vir doctissimus, si mentem ejus
 ob verborum, qua utitur, brevitatem non-
 dum recte perceperim. Relegenti enim mi-
 hi, quae scripsit, aliud pugnae genus ine-
 undum mihi videtur. Diversa, ni fallor,
 ejus sententia est ab iis, qui arcanum episto-
 larum sensum defendunt. Quod nisi rursus
 stupiditatis meae vitio opinor, haecenus
 monita, non tam ipsi, quam doctissimis
 Cel. COCCEII sectatoribus, opposita sunt.
 Haec nempe verba: *JOANNEM non indicare
 fuisse praeuos homines, id nominis gerentes, sed
 fuisse, qui tunc hoc nomine haud injuria voca-
 ri possent.* Haec, inquam, verba id sibi vel-

le Cl. Virum indicant, esse quidem litterali sensu haec oracula capienda, fuisse quoque tunc dierum homines, qui impia, quae JOANNES commemorat, deliria sparserint, sed NICOLAITARUM ipsos sibi non tribuisse nomen, verum Servatorem apud JOANNEM loquentem, qui idcirco, quod BALAMI non dissimiles fuerint, Hebraico Balaitarum nomine eos adpellaverit, illud postea in Graecum NICOLAITARUM converterit. De ingenio viri docti haec testantur, quibus equidem facile assentirer, nisi tot argumenta supra laudata obstarent, idque tantum his quaeri videatur, quo sancto IRENAEO aegre fiat, ejusque fides reddatur suspecta. Sed bene habet; quod iam nobis non de personis, quos utrinque admittimus, sed de nomine lis sit, quae quidem facilius, ut arbitror, componetur. Non liquidis hic argumentis, Vir Amplissime, pugnatur, sed conjecturis. Relictis itaque ac insuper habitis testibus ea potior sit sententia, quam majori probabilitate gaudere judicabis. Vir doctus sic instituit: Credibile est, quos notat JOANNES, non a NICOLAO quodam id nominis traxisse, sed a divino viro, aut potius Servatore, ob corruptos mores accepisse. Ratio non una hujus adferri potest. Vel enim pietas NICOLAI Diaconi obiicietur; cui vero objectioni supra iam abunde respondi; vel id obvertetur, IRENAEO

NAEO non satis tuto fidem haberi posse; quod nullius tamen pretii foret, cum varias ob rationes, tum quod principium hoc pacto peteretur: vel denique convenientia nominis BALAAMITARUM & NICOLAITARUM urgebitur. At haec quoque ultima, eaque maximi prae ceteris ponderis, ratio, cui solus fere omnem vim tribuit vir doctus, tanta laborat incertitudine, ut levisima prope habenda sit. BALAAMITAS eosdem esse, quos NICOLAITAS, ex comparatione a JOANNE instituta recte mecum colligit. Nec satis intelligo quid celeberrimum virum induxerit, (n) ut in Cl. WIT- SIO (o) hanc carperet sententiam, diversi- que generis homines hos fuisse, scriberet. Sed hoc ipsi rei nil confert, aut detrahit. Taceo, non magni momenti in se adlatam esse rationem, quippe quae a nominibus du- citur; taceo, non omni ex parte BALAAMI- TARUM & NICOLAITARUM nomini in- ter se convenire, quorum illud longe aptius Graeco sermone efferri potuisset: mit- to, obscuriorem sic fuisse Servatoris incre- pationem, quam ut statim ab hominibus ca- pi potuisset. Id tantum observo, me cogi-

E e 4

tando

(n) Diff. de peccatis typicis §. IX. Syntagm. Diff. Theol. p. 303.

(o) Miscellan. sacrorum T. I. Lib. III. Cap. III. §. LXXX. p. 690. ed. Herborn.

tando adsequi non posse, quid Servatorem permoverit, ut quos jam mystico BALAA-MITARUM nomine notasset, denuo gemina denominatione sublimiori perstringeret, cum priori, quales sint, jam satis fuissent detecti. Esset quaedam hujus instituti ratio, si lingua vulgo incognita nomen, cujus vim nemo simplicior cepisset, ipsis Dominus dedisset: hoc enim quo rudiores intelligerent, necessarium quoque fuisset lingua illud vernacula exprimere. Sed vero, quis sacris Christianis addictus BALAA-MUM ignorabat? Quis denominationis, a viro in sacris litteris adeo decantato petitaе, significationem non statim intelligebat? Quid quaeso! opus itaque erat, ut nomen nulli obscurum novo vocabulo, quod tenebras certe invehebat, explicaretur? Jam enim linguae Ebraicae imperiti erudiendi erant, NICOLAITAS idem esse, quod BALAAMITAS, ne quis forte errore se obstringeret; qui, si BALAAMITAS vates solum nominasset, non metuendus fuerat. E contrario quam cuncta sunt evidentia, si ex nostra sententia dicatur, prius adhibitum esse nomen, ut isti, quorum indolem NICOLAITAE referrent, indicarentur; posterius, tamquam ipsis ab auctore proprium, ob rei ipsius naturam adiectum fuisse.

Deinde, si NICOLAITARUM vox, ut innuere videtur vir Clarissimus, Graeca tantum

tum BALAAMITARUM interpretatio esset, alio longe ordine verba sancti vatis collocanda fuissent, commaque quintum post decimum tuto potuisset omitti. Aut enim mirum in modum decipior, aut, si voluit intelligi vates, sic fuisset locutus: *Verum sunt mihi pauca, quae in TE jure condemnare possum. Permissi enim sunt coetui tuo homines, quorum opiniones BALAAMI sapiunt scelera, (Graeco nomine NICOLAITAE possent idcirco dici.)* Hoc certe modo cuiusvis verborum sensus patuisset. Sed vero quam frigida haec foret commendandi ratio? Quam inanis prope dictorum repetitio? si ex mente Viri celeb. verba Domini sic essent disponenda: *Ioves homines, qui BALAAMI sectantur placita: Ita quoque (manifestam hic attende comparationem) habes qui NICOLAITARUM tuentur errores, seu, qui commode NICOLAITAE vocari possunt, qui nimirum idem genus hominum sunt. Quam belle vero procedit hoc pacto comparatio? Sicuti homines quondam erant sub lege, qui, auctore BALAMO, supra & idolorum cultum peragi juberent secure: Ita tibi sunt viri, quibus nefandi NICOLAITARUM errores, idem fere cum BALAMO sentientium, placent.*

Phrasin porro observemus probe: *Κρατῶντας τὴν διδασχὴν τῶν Νικολαϊτῶν*, qua manifesto ii, qui sectarentur doctrinam NICOLAITARUM ipsique NICOLAITAE sibi invicem opponuntur. Non dicit: *Verfantur in*

E e s cœtu

cœtu tuo NICOLAITAE : sed : latent in
 illo, qui, licet aliud prae se ferant, tacito
 tamen sub pectore virus NICOLAITARUM
 condunt. Vel ex his sole clarius, fuisse pe-
 culiarem quamdam hujus nominis sectam,
 quae, sacro licet cœtu exturbata, suos tamen
 clam in eo sectatores habuerit. Quod &
 collatione alterius loci Apoc. II. 6. compro-
 batur. Communis loquendi usus ita fert,
 ut, qui palam hujus vel illius malefani ca-
 pitis deliria adoptant, v. c. MENNONIS,
 ab auctore v. c. MENNONITAE appellen-
 tur : illi vero, qui alius membra sunt socie-
 tatis, cujus utuntur sacris, aliud tamen vul-
 tu ostendunt, aliud animo tegunt, indici-
 isque quibusdam mentis scabiem produnt,
 participes illius doctrinae v. c. MENNO-
 NIS curate dicantur. Transferantur haec ad
 rem nostram, & cuius discrimen illud inter
 NICOLAITAS & NICOLAITARUM in
 cœtu Pergameno sequaces ob oculos erit po-
 situm. Et, opinor, haec diversitas magis
 adhuc erit perspicua, si, quae TYATIREN-
 SIBUS injunguntur, monita Domini v. 20.
 cum his contendantur. Nec enim mulier
 quaedam ibi regnare dicitur, quae JESEBE-
 LIS amplectatur nugas, sed ipsa illa, quae
 cumque demum fuerit, JESEBEL, publice
 suas ineptias spargere. Quod si itaque
 diversa quaedam a sancto Christi cœ-
 tu fuit secta, quae doctrinarum ista porten-
 ta

ta, a JOANNE commemorata, exosculata est, nemo dubitare poterit, quin suum quoque nomen habuerit, quo a reliquis discerneretur. Hoc porro nemo negaverit, JOANNEM aut Dominum potius, ne incerti quibus scriberetur errarent, illo eam nomine appellare debuisse, quo vulgo erat cognita. Quo recepto prostrata jam Cl. Viri conjectura est, quae ob mores pro arbitrio vatis hoc ipsis nomen impositum fuisse, quo ad finitatem eorum cum BALAAMO doceret, suspicatur. Ecquid vero poterat in his hominibus esse, unde hanc reportarent denominationem, quam auctoris, quem jactabant, nomen? Mihi non tam perspicaci licet esse, ut aliud quidpiam videam. A subjugatione forsitan quis diceret populi, quem in sua pertrahebant castra. At enim vero omnes nequitiae doctores, quorum largus ista tempestate proventus erat, qui plebis alliciebant animos, GNOSTICI, VALENTINIANI & infiniti alii seductores, sic NICOLAITAE fuissent dicendi. Numquam vero ita fieri consuevit, ut ab ejusmodi adjuncto, quod plurimis competit, competereque potest, se junctivum, aut, si mavis, discretivum nomen mutuo petatur. Quin potius iste semper mos obtinuit, ut qui sectam condiderit, nisi forte plures fuerint, aut alia gravis causa obstiterit, ipsi quoque nominis auctor fuerit, non secus ac
 paren-

parentum nomina in filios transfunduntur. Quem hic quoque servatum esse, temporis ipsiusque rei rationes, ut credamus, suadent. Miror tamen hac in re sacri vatis sapientiam, qui, ut subinnueret, pessimos istos profligatique pudoris homines sancti viri NICOLAI nomen mentiri, non doctrinam eos NICOLAI, ut supra, BALAAMI, sed NICOLAITARUM, qui hoc scilicet velum horrendis suis opinionibus obtenderent, sequi scripsit.

Quod reliquum potest esse dubii, penitus, si sequentia jam dictis addantur, dissipabitur. Tantum abest, ut Servator ob indolem horum hominum BALAMO geminam NICOLAITARUM eos vocabulo appellaverit, ut veri potius sit similitum, comparationem cum BALAMO institutam esse propterea, quod NICOLAITARUM illi nomen vulgo gererent. Etenim cum non unus & fuerit, & in sacris litteris memoretur, qui Judaico populo dux & auctor cultus idolorum & fornicationis extiterit, nulla profecto adparet ratio, cur BALAMUM speciatim seligeret, quocum hos homines componeret; nisi id hinc factum fuisse dicatur, quod ob nominis convenientiam concinniorem fore comparationem cerneret. Mores scilicet NICOLAITARUM multorum ex antiquis moribus respondebant; non item nomen. BALAMUS vero

& re & nomine illis per erat similis. Quapropter hunc sibi prae ceteris flamen divinum potissimum deligendum putavit, quocum illos contenderet. Atque sane nullo modo dubio alias occurri poterit, quare, cum suppeterent magis idonei, BALAAMUS tamen fuerit tamquam imago istorum propositus. Quisquis enim rem recte consideraverit, nonnullam inter utrosque disparitatem esse intelliget. Scelus BALAAMI versabatur in eo, quod, non tam seductor pravusque doctor esset, non tam licitum esse idolis supplicare stupraque committere defenderet, Israelitisque in his exemplum praeiret; sed, quibus modis Israelitarum animi superari possent, quo Dei in se sponte concitarent vindictam, sicque de medio tollerentur, BALAAMUM edoceret. Num. XXXI. 16.

Quam vero horum dispar est ratio? Non hi gentibus consilium suppeditabant, quo pacto Christianorum evelli secta, extinguique nomen posset: ipsimet nihil mali, nihil exitiosi his factis contineri dicebant: ipsimet has contaminatae vitae rationes sequebantur, easque sanctiori disciplinae non adversari, contendebant. Quis hinc non perspicit, non omni illos ex parte BALAAMUM repraesentasse? Atqui conferuntur tamen inter sese, cum non desint aptiores. Faceffit omnis dubitatio, si ob nominum con-

spira-

spirationem elegantissimam hanc qualem-
cumque diversitatem a sacro vate neglectam
esse, dicatur. Mihi certe vix alia videtur
hujus rei caussa excogitari posse. Vidimus,
quas adfert celeberrimus Vir sententiae suae
corroborandae conjecturas, curatius examen
haud sustinere. Nec mihi, quin is ipse pro
candore & eruditione sua hoc sentiat, du-
bium est. Nostra e contrario opinio: Pro-
babile est, NICOLAITAS ab auctore suo
cognominatos esse, non tantum his omni-
bus, quae jam recensuimus, praesidiis uti-
tur, verum etiam aliis, maxime antiquissi-
mis, sincerissimisque testibus, quorum fru-
stra fidem in dubium vocari supra ostendi-
mus. Tuum erit, Vir eruditissime, pro ea
quae TIBI concessa est judicandi facultate,
decernere, quaenam harum praeferenda sit?
aut majori quaenam probilitate sese tueatur?
Numquam te Servilia aut Licinia lege judi-
cem recusabo: Sed si mea TUO destitua-
tur calculo sententia, aut minus firma altera
doctissimi viri censebitur, primus equidem
ero, qui nuntium ei mittat.

Facilius evertetur, quae nunc succedit, a
silentio sacrorum scriptorum objectio. Pla-
cuit illa viro celeberrimo, cujus sen-
tentiam modeste cum nostra contulimus.
*Neque LUCAM, ait, in Actis Apostolorum, ne-
que ceteros Apostolos in Epistolis quidquam de
NICOLAO haeresiarcha aut NICOLAITIS memi-
nisse.*

nisse. Concinit ei Venerandus DURERUS (p) idemque prolixius exponit. At viderint doctissimi Viri, quemadmodum haec stare possit argumentatio: Non nominarunt in suis divini viri NICOLAITAS: Ergo hujus secta non fuit. Innumeris locus erit exceptionibus, nisi prius docuerint viri clarissimi, nullam earum, quas subinde tangunt Apostoli, sectarum fuisse NICOLAITICAM: tum e re omnino sacra fuisse, ut non tantum ipsa notarentur vitia, sed hominum quoque nomen, qui illis scatebant.

Constans est & pervulgata antiquorum traditio, JOANNEM discipulum Servatoris subdolis vesani cujusdam insidiis CERINTHI aut EBIONIS, aut alius (IRENAEUS

(p) l. c. p. 76. Es ist am allerunglaublichesten / daß die Apostel sich einer solchen abscheulichen Keßerey im Anfange nicht solten heftig widersezt (hoc lubens credidero, cum causae meae nihil officiat) noch die Gemeine in ihren Briefen darvor gewarnet haben. CAESAREM porro BARONIUM reprehendit, qui a JUDA & PETRO homines hos tacite perstringi, incertissima coniectura, scripserit. Huic vero multos alios ejusdem sententiae cum BARONIO adjungere potuisset vir eruditus, ipsumque ex priscis OECUMENIUM, quem, ut opinor, recentiores secuti sunt. Mihi satius semper visum est, hoc argumentum omittere. Nec enim certo ex una parte demonstrari potest, NICOLAITAS fuisse, quos notarint Apostoli, nec ex altera, NICOLAITAS non fuisse; Quamquam prior sententia veri sit similior,

US NICOLAITAS quoque nominat) quas
 Servatoris divinitati collocare nitebatur, Hi-
 storiam suam opposuisse. Et liber ipse, si
 inspiciatur, clamat, fuisse sancto viro cum
 ejusmodi homine negotium. Ubi vero toto
 libro nomen istius, cujus furorem reprimat?
 Nusquam. Num idcirco statuendum est,
 non fuisse ejusmodi, quocum conflictaretur,
 JOANNI adversarium; falsos esse, quicun-
 que ex veteribus hoc scripserint; nullaque
 occasione divinum hominem volumen su-
 um exarasse? Absit ut eo animum induca-
 mus. Sunt, quae porro responderi possent,
 nunc tamen, ne justo sim prolixior, omit-
 tenda. Hoc adjicio: Nemini constare, an-
 non demum post scripta a Divo LUCA
 Acta ac Apostolorum Epistolas, NICOLA-
 ITARUM nomen exortum sit? Ego, me in
 hac opinione esse, non diffiteor, serius il-
 lud invaluisse, eoque demum tempore, quo
 obscurior jam facta erat NICOLAI memo-
 ria, ne quis familiaris istius pessimos homi-
 nes laesae existimationis tanti viri arguere
 potuisset. Ultimus sanctorum scriptorum
 JOANNES fuit, cujus omnia, primo sae-
 culo jam expirante, exarata esse, Chrono-
 logia ostendit. Quod si itaque circa illud
 demum tempus, ut sane videtur, hoc sese
 nomine profani extulerint, facile adparet,
 cur id reliquos Apostolos latuerit, qui om-
 nes, si JUDAM excipias, cujus aetas ad-
 mo-

modum incerta, multis annis scribendo hunc antecesserunt. Paucis: Quidquid viri docti moliantur, tot erunt expedienda, antequam his armis pugnare possint, ut pro levibus merito ac inutilibus haberi debeant.

Acta est a me pro viribus NICOLAITARUM caussa. Qua dexteritate, TU, Vir Amplissime, omnesque TEcum prudentiores dixerint. Sunt fortassis quaedam adhuc a secus sentientibus adlata: Verum, haec ita comparata deprehendi, ut in partes conflictus ob imbecillitatem venire vix possint. Malui ergo, quae majoris videbantur ponderis, tantum adgredi, quam, quascumque excutiendo minutias, taedio esse legentibus. Quod si, more quorundam, infinitam ostentare voluissem lectionem, innumeram celeberrimorum virorum, Belgarum praecipue, turbam adversariam mihi constituere potuissem, ad librosque non paucos provocare. Sed ignoscant mihi, qui his ducuntur delitiis, quod suae non faveam sententiae, qui, ubi nihil opus est, testium numerum augere non soleo.

Valeat haec consuetudo tunc, cum rituum aut Historiae veritas adstruenda est. Prudentis est, ubi disputatur, non scriptorum & inanis cujusdam gloriolae, sed argumentorum habere rationem. Levis animi, ex dissentientium multitudine pugnae nobilitatem

tatem aestimare. Hos mihi, quod ratio postulabat, adversarios sumsi, qui ad manus praecipue erant, & recentissime scripserant, & potissima momenta collegerant, & eruditionis laude florebant hodie. Neque ab ipsis viris longe celeberrimis, quorum veneror eruditionem, nec a TE, Vir celeberrime, nec a quovis cordato hoc vitio mihi versum iri arbitror.

Me ceterum, Fautor Honoratissime, errare posse, & fortasse non leviter errasse novi. Eruditam TUI similibus, TUAM cum primis censuram non defugio. Quis enim sanae mentis eam moleste ferat, cujus est ubivis sectari veritatem, nullis animi morbis parcere, nil odio, nil amori tribuere?

Stent, si TECUM veritas jusserit, NICOLAITAE: cadant, si secus praecipias. Non mea, non Graeciae, salus in iis defendendis versatur. Ita vale, Vir Amplissime, mihi, bonisque, sacris juxta & profanis, literis. Dabam ex Museo. Kiliae pridie Kal. Maji. A. C. MDCCXVIII.

II.

GERHARDI OUTHOVII,
COMMENTARII
In Psalmum I.

Collata imprimis cum textu Ebraico
LXX-Virali versione (a)
CONTINUATIO.



vs. 2.

Hunc versum Apollinarius sic ex-
primit :

F f 2

אֲשֶׁר

(a) Explicatio commatis primi occurrit Fascic. III. n. 1.
Cujus dum memini, non possum mihi temperare, quin
moneam, mirificum aliquid ac prorsus singulare in eo
occurrere. Quod si enim priores voces, quibus hic
Psalmorum liber incipit, אֲשֶׁר הָאִישׁ אֲשֶׁר לֹא
הָלַךְ בַּעֲצָתָא, earumque literas retinueris, alia tantum
adhibita distinctione, punctorumque subscriptione in
hunc modum אֲשֶׁר יְהוָה אִישׁ אֲשֶׁר לֹא הָלַךְ בַּעֲצָתָא.
plane alius, ac significationum feracissimus sensus
emergit; Ita tum enim hæc vertenda sunt; (CANAM
JAH, sive Dominum, VIRUM, s. hominem, qui
LANGUIT, defatigatus est,) PRO TE vel tibi in
LIGNO Thau sive Crucis. Ubi videmus (α) *Argu-
mentum* totius libri Psalmorum in ipso ejus limine clare
poni. Agit autem ille præcipue de Christo, id ipso;

ἄλλ' ἔχεν ἠιδεὼ κραδίην συμφράδμονα θεσμῶ,
θεσπέσιον νόκλας τε ἡ ἡματα θεσμὸν αἰδῶν.

i. e.

*Sed habet divina cor consentiens legi,
Divinam noctesque & dies legem canens.*

ἠιδεὼς est *adolescens, juvenis*; at ἠθεὸς est
divinus. Cujus igitur voluntas seu oblectatio est in
Lege

met illo affirmante Luc. XXIV: 44. Porro (β) *utramque* ejus naturam memorari cernimus; *Divinam*, quando vocatur ἦ, quod inter nomina divina ponitur, & a plerisque idem cum nomine Dei memoriali IHVH esse existimatur. *Humanam*, quando dicitur ὤ, ut saepe alias. *Passiones*, (γ) Verbum enim ἦ, quod notat languit, defecit aut solutus est viribus, laboravit, laborando defatigatus est, afflictiones Christi denotare potest apprime. Pariter (δ) *causa*, objectum & fructus Passionum Christi indicantur voce ἦ, TIBI, vel pro te. Denique (ε) *genus* mortis: affligetur enim ἦ, in ligno; adeoque suspendetur; Immo (ζ) ipsa, quod mireris, *crucis figura*, quod statet in litera ἦ. Quod si enim Veteris foederis tabulae literis designatae sunt Samaritanis, in eorum autem alphabeto litera ultima fuerit *σαιοειδὴς, similis cruci*, quod utrumque plurimis eruditissimis Viris visum fuit, vides vix expressius dram illam trabem, cui Sospitator noster affixus fuit, designari potuisse. Quae omnia, nisi vehementer fallor, ejusmodi sunt, ut & sine singulari Divini Numinis providentia vix potuerint in ipso limine praestantissimi librorum ita collocari, neque omni careant fructu, si quis cum Judaeis, qui talibus observationibus delectantur imprimis, disputationem velit institueret.
T. d. H.

Lege Dei, ille habet καρδίην συμφράδμονα ἡθεῖω θεσμῶ, cor consentiens Legi divinæ, ille divinam legem noctes atque dies cantat. Tertullianus hunc locum citans, Lib. 2. adv. Marcionem fol. 66. ait: Quid enim faceret hominem beatum, quam in Lege Domini voluntas ejus? & in Lege Domini meditabitur die ac nocte.

vs. 3.

וְהָיָה כְּעֵץ שֶׁתוֹלַעַל פְּלִגֵּי מִים

Et erit ut arbor plantata ad rivulos aquarum. Hieronymus juxta Hebr. Et erit tanquam lignum transplantatum, juxta rivulos aquarum. Uti & Drusius ex Aquila citat, שתול transplantatum, i. μεταφυτεύομενον. Lexicon vetus μεταφυτεύω δένδρον, transplanto arborem. Quod verbum occurrit apud Theophr. de hist. plant. l. 2. c. 18. & notat transplantare, vel plantatum aliò transferre. LXX. verbum שתול aliquando vertunt per μεταφυτεύω, transplanto, ut Ezech. 17: 23. ἐν ὄρει μετεώρω Ἰσραὴλ, ἢ καταφυτεύσω αὐτό. Et eodem capite vs. 8. pro שתול plantata habent πιαίνεται. Ἐἰς πεδίον καλὸν ἐφ' ὕδατι ποταμῶ αὐτὴ πιαίνεται. Sic vs. 10, ubi in Hamburgensi Edit, malè legitur, πιαίνεται, pro πιαίνεται. Proprie πιαίνω, est pinguescens, a πῶν, pinguis, & refertur etiam ad arbores, unde Scapula dicit: dicuntur & δένδρα quædam πῶνα. Vertunt quoque iidem LXX. participium hoc paul שתול per ἐυθηνούν, Jer. 17: 8. וְהָיָה כְּעֵץ שֶׁתוֹלַעַל מִים

ὡς ξύλον εὐθνήουν παρ' ὕδατος, *Et erit tanquam arbor plantata iuxta aquas, vel, sicut arbor felix, vicens, fecunda.* Εὐθνήω enim est, prosperis successibus utor, vigeo, bene habitus sum, valeo, abundo &c. Respiciunt proculdubio ad arborem bene plantatam ad aquarum rivos, ubi pinguescit ac uberes fructus profert. At hoc loco utuntur LXX. verbo φυτεύω, planto, cum ajunt: καὶ ἔσαι ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων, *Et erit tanquam lignum, quod plantatum est circa decursus aquarum,* ita enim vulgo redduntur hæc verba LXX. interpretum: non malè, si lignum sumatur pro arbore, uti Horatius habet l. 2. od. 13. in arborem, cujus casu in agro Sabino pene oppressus est,

- - agro qui statuit meo
Te triste lignum, te caducum
In Domini caput immerentis.

Et sic apud Græcos Scriptores ξύλον sæpius pro arbore sumitur, ut apud Callimachum hymno in Cerer. vs. 40.

ἤσθετο Δαμάτηρ, ὅτι οἱ ξύλον ἱερὸν ἀλγεῖ,
Sensit Ceres sacram sibi arborem dolere.

Et sic in scholiis antiquis in Callimachi hym. in Jovem, od. vs. 77. dicitur, quomodo Neleus, Codri filius, ἀποικίαν θέμενος ἀπὸ Ἀθιωῶν, ἔλαβε χρησμόν ἐγγεῖραι ξόανον, τῆ Ἀρτέμιδι ἀπὸ παγκάρπων ξύλων. Fere ut LXX. ha-

habent Eccles. 2 : 5. καὶ ἐφύτευσα ἐν αὐτοῖς
ξύλον πᾶν καρπῶν, & plantavi in eis (hortis)
arbores omnium fructuum, vel omnis generis
arbores fructiferas. Sic etiam apud Lucia-
num in Dial. Deor. Tom. 3. pag. 11. edit. Gilb.
Cognati, Apollo Mercurio dicit de Daphne,
quam Lucianus l. 1. var. hist. ἀποδενδραμένην
vocat, ἡ μὲν ἀποδιδράσκει με, καὶ μισεῖ ὥστε εἰ-
λετο ξύλον γέγεσθαι μᾶλλον ἢ ἐμοὶ συνεῖναι, i. e.
illa quidem aufugit atque odit me, adeo ut ma-
luerit arbor fieri, quam mecum rem habere:
commutata enim est in Laurum arborem,
quam mediam amplexus Phœbus sibi dicavit.
Ovid. Met. 1. Sic apud Antonium Liberalem
Metamorph. cap. 34. primò dicitur, quo-
modo Jupiter Smyrnam; filiam Theiantis,
μεταβαλὼν ἐποίησε δένδρον, in arborem convertit;
quæ xolice σμύρνα, Smyrna, at communi
nomine μύρρα, Myrrha, dicitur; Deinde ve-
ro huic arbori fructus adscribens, ξύλον eam
appellat, cum addit, τῷ ἔτος λέγεται καὶ ἔτος
ἐκαστον δακρῦειν τὸν ἀπὸ τῆς ξύλης καρπὸν, huius
arboris fructum, quotannis ferunt lacrymas emitti-
tere. Et sic in novo Test. Apoc. 2 : 7. dici-
tur, τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ φαγεῖν ἐκ τῆς ξύλης τῆς
ζωῆς, vincenti dabo edere de arbore vite. Vide
etiam Apoc. 22 : 2, 14. & confer LXX. Prov.
3 : 18. Falluntur ergo Beza, Vorstius ac Leus-
den, quando hoc loquendi genus hebraïsmum
vocant, quoniam græci scriptores sic loquun-
tur, uti probatum est. Vide Beza ad Apoc. 2 : 7.

Apud Apollinarium pro ξύλω legitur ἔρνος,
 cum dicit, ἔσσεται ὁία' περ ἔρνος &c. erit veluti
 planta, vel frutex, vel germen. על-פלגי-מים
 Hæc verba Hieronymus vertit, *juxta rivulos
 aquarum.* Tertullianus lib. 2. *adv. Marcionem
 fol. 66. D. juxta exitus aquarum,* secutus LXX.
 interpretes, qui vertunt παρὰ τὰς διεξόδους
 τῶν ὑδάτων, *secus decursus aquarum.* διέξοδος,
 vertitur *decursus, exitus.* Hebræa vox פלג,
Peleg, rivus, fluvius, in plurali פלגים in constr.
 פלגי venit a rad. inusitata פלג in pih. פלג *di-*
visit. Quia rivi a primis suis fontibus ori-
 entes ac decurrentes terram quasi dividunt,
 unde proculdubio græca vox πέλαιγος, *mare,*
 quoque descendit, quia mare, ut multorum
 rivorum confluxus, etiam sæpe dividit ter-
 ram: Licet alii etiam respiciant ad morem
 derivandi rivos aquarum per sulcos varios ad
 rigationes hortorum, ad quod Salomon allu-
 dit Prov. 21: 1. *Uti פלגי-מים, LXX. hic*
ὡς περ ὄρμη ὑδάτος, rivuli aquarum, est cor re-
gis in manu Jehovæ, ad omne, quod vult, in-
clinat illud. Sensus est, ut divergia aquarum
 modo huc modo illuc deducuntur, ita in
 manu Domini sunt regum instituta, ac con-
 filia. Non dissonant ergo LXX., quando
 פלגי hic reddunt διέξοδος: Ut enim rivus
 mediam percurrit terram, eamque dividit,
 sic διέξοδος est via, qua ex aliquo loco per
 alium transitur. Unde & pro transactione
 vitæ, pro enarratione, qua rem percurrimus,
 &

& pro cursu Planetarum apud Aristotelem de mundo sumitur. Alibi tamen hæc vox פלג a LXX. redditur ποταμός, *fluvius, profluens*, ut Ps. 65: 10. Vide porro Ps. 46: 4. & Jes. 30: 25. פלגים יבלי מים, *rivi currentium aquarum*, vertunt, ὕδωρ διαπορευόμενον, *aqua currens*. Vide porro Prov. 5: 16. Job. 29: 6. & quomodo ibi discrepent, suo loco dicetur.

Apollinarius habet, ἐφ' ὑδρηλοῖσι κελείθοις, *in aquosis semitis*, ὑδρηλός enim est *aquosus, humidus, aquaticus, irriguus*. sic γῆ ὑδρηλή, apud Athen. 1, 2. pro *terra humida*. Et sic in ficcis orientalium terris aquæ necessariæ erant arboribus ac plantis. Hinc Gen. 2: 10. dicitur, *Et fluvius egrediens ex Eden ad irrigandum hortum, &c.* Hinc Salomon dicit, *feci mihi hortos & paradisos, & plantavi in eis arbores omnium fructuum*, (עץ כל-פרי ξύλον πᾶν καρπῆ, *omnis generis frugiferas arbores*,) ἐποίησα μοι κολυμβήθρας ὑδάτων τοῦ ποτίσαι ἀπ' αὐτῶν δρυμὸν βλαστῶντα ξύλα, *Et feci mihi piscinas aquarum, ut irrigarem ex illis sylvam germinantem arbores*. Eccles. 2: 4, 5. Imo hinc Deus populo suo promittit, *Et eris כנרת*, ut *hortus irriguus*, LXX. ibi, ὡς κῆπος μεθύων, *ut hortus inebrius*. Et cum Plinius speciatim de palmis refert, quibus inclyta erat Judæa, gaudet (scil. palma) *Et riguis, totoque anno bibere cum amet, anno sitienti*. hist. nat. lib. 13. cap. 4. alludit Psalmista forsan ad palmam,

cum cultorem divinæ legis comparat arbori, plantatæ ad rivos aquarum; maximè quia Psalmo 92: 13. dicitur *justus ut palma florebit.* LXX. δίκαιος ὡς φοῖνιξ ἀνθήσει, de qua versione suo loco dicemus.

Apollinarius sequentia hujus versus ita reddit,

Καίριον ἀντέλλον σφέτερον μελιιδέα καρπὸν,
Νωλεμέως φύλλοισιν ἀκείρεκόμοισι τεθηλὸς.

Tempestivum producens suum dulcem fructum,

Perpetuo foliis intonsis virens.

Ἀντέλλον est ab ἀντέλλω, poet. pro ἀνατέλλω, vulgò, *orior, surgo.* at etiam *produco, emitto.* ut apud Apollon. 2. *Argonaut.* χυοάονίας ἰούλους ἀντέλλων, *pubescentes pilos barba edens,* pro φύων, *producens.* Et quod sacer scriptor hic dicit, ὃ folium ejus non decidet, Apollinarius exprimit, νωλεμέως φύλλοισιν ἀκείρεκόμοισι τεθηλὸς *perpetuo, vel indefinenter, virens intonsis foliis.* Satis poetice, licet non inconcinne. Νωλεμέως, *perpetuo, indefinenter,* occurrit, *iliad.* 8. vs. 438. & ἀκείρεκός, vel ἀκείρεκόμης, *intonsus, qui comam non totondit,* a κείρειν, vel κείρασθαι κόμην, est alias Epitheton Apollinis, pro quo apud Homerum, *hym. in Apollinem vs. 134.* legitur, Φοῖβος ἀκείρεκόμης, *phoebus intonsus.* Attribuitur quoque πολυφύλλοις δένδρεσι, *arboribus foliosis,* quarumque folia non decidunt, uti & montibus

bus apud Latinos, unde *intonsi montes* apud Virg. *eclog.* 5. vs. 63. id est, sylvosi, incædvi. E contra, *tonsis in vallibus* pro non sylvosis, *Georg.* 4. 277. & sic de quercubus dicit idem poëta, *aneid.* 9. vs. 681.

*Consurgunt geminae quercus, intonsaque
caelo,*

Attollunt capita, & sublimi vertice nutant.

וְלֹא יִבֹּל עָלָיו *Et folium ejus non decidit,*
vel non *marcescit* ut Coccejus habet. Usurpatur enim hoc verbum de foliis, floribus & fructibus decidentibus de arboribus postquam omnem humorem amiserunt. Unde *Jes.* 34: 4. dicitur, *καὶ πάντα τὰ ἄσπρα πεσεῖται ὡς φύλλα ἐξ ἀμπέλου, καὶ ὡς πίπτει φύλλα ἀπὸ συκῆς.* vide *Jes.* 40: 8. At hic comparatur amator divinæ legis arbori, cujus folia non decidunt, vel non marcescunt, uti *Plinius* de palmis, lauris, myrtis, oleis, cupressis &c. dicit, *quibus folia non decidant, Lib. 16. Cap. 20.* Arbor, cujus folia non decidunt, est igitur arbor semper virens, vel sempiterna fronde. Secundum Exemplar Complutense Psalterii *typ. Antverpiæ 1584.* tertius versus dividitur in duos versus, adeo ut quartus hic jam incipiat, *καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀπορροήσεται,* & *folium ejus non defluet.* At Vaticanum exemplar, Romæ primum editum; & Anno 1709 a L. Bos accuratissimè denuo recognitum, hunc versum non dividit. Alibi LXX. verbum

bum **לנ** vertunt per ἐκπίπτειν *decidere* ut Jes, 40: 8. **לנ** ἄνθος ἐξέπεσεν, *decidit flos*. Sic Jes. 28: 1. etiam per πίπτειν, Jes. 34: 4. per ἀποβάλλειν, Jes. 1: 30. per φθείρεσθαι, Jes. 24: 4. per καταρῥυεῖν, Jer. 8: 13. ἢ τὰ φύλλα καταρῥύηκεν, *folium defluxit*. Hic jam utuntur verbo ἀπορῥυεῖν, idem ac ἀπορῥεῖν, *defluere, effluere*, etiam *delabi*, ut apud Plut. ἀπορῥυεῖς τοῦ ἵππου, *delapsus equo*. Et sic ἀπορῥυεῖν hic est pro ἀποπίπτειν, *decidere*, uti & Suidas ait, ἀπορῥυήσεται, ἀντὶ τοῦ ἀποπεσεῖται, notante L. Bos in prolegomenis ante edit. LXX. interpret.

וְכָל אֲשֶׁר-יַעֲשֶׂה יִצְלֵחַ; Hieronymus: *Et omne quod facit prosperabitur*, Coccejus, *Et quicquid facit, prosperat*. Passivum *prosperabitur* mihi magis placet, uti Augustinus ita utitur de Civ. Dei lib. 5. Cap. 27. ubi de prosperitatibus Constantini Magni dicit, *Constantinus in tyrannis opprimendis per omnia prosperatus est*. Et sic **יִצְלַח** a Buxtorfio ac aliis quoque vertitur *prosperatus fuit*, a **יִצַּח** *isalah*, *prosecit, prospere successit*, unde forsan belgica vox *Zalich* descendit. Sensus est, *omne quod facit prospere eveniet*. Uti enim Cicero, l. 2. de N. D. Cap. 66, dicebat, *magnis viris prospere semper omnes res eveniunt*, sic viro pio qui Deum rectè ac sincerè colit ejusque legem amat ac observat, omnia prosperè evenient.

LXX. habent, και πάντα ὅσα ἂν ποιῆ (Alex: ποιήση) κατευοδάσεται, & *omnia quaecun- que faciet prosperabuntur, uti sic κατευόδωσις, prosperatio citatur a Fabro ex Gloss. Cyrilli.* Sic LXX. Ps. 45: 5, **הַלְצֵ** vertunt κατευοδοῦ, & *prosperare procede.* Et Ps. 37: 7. μή παραζήλου **דַּרְוּ בַמַּלְצֵ** ἐν τῷ κατευοδουμένῳ ἐν τῇ ἑδῶ αὐ- τοῦ, *noli emulari in eo qui prosperatur in via sua.* Et Judic. 18: 5, dicunt, εἰ κατευοδοῖ ἡ ὁδὸς ἡ- μῶν, *an prospere succedat iter nostrum.* Uti Alex. Ald. C. & edit. Hamb. habent, at Va- ticanum exemplar habet ἐυοδάσεται. Quod verbum sæpius occurrit, vide Gen. 24: 21, 40, 42. 39: 3, 23. Deut. 28: 29. Jer. 12: 1. & alibi etiam 2 Par. 26: 5. secundum cod. Vaticanum, καὶ ἐυόδωσεν αὐτῷ κύριος; in Complut. & Hamburg. exemplaribus tamen legitur κατεύθυνεν αὐτόν κύριος ὁ θεός, *prospera- vit eum Dominus Deus.* Uti ipse Vaticanus Co- dex hoc verbo vititur 2 Sam. 19: 17. At uti 2 Par. 32: 30. dicitur, - **וַיִּצְלַח יְהוָה אֶת עֲזֵרָה בְּכָל** **מַעְשָׁיו**, καὶ ἐυοδάσθη Ἐζεχίας ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ (Alex. ἐαυτοῦ) *Et prosperatus est Ezechias, vel Jehizcjabu, in omnibus operibus suis, bel- gicè want Jehizkia hadde voorspoedt in al zyn werk.* Sic hoc loco jam dicitur de pio cul- tore divinæ Legis, omnia, quæ facit, ei prospera & læta evenient. Similitudo qui- dem desumpta est ab arbore, plantata ad ri- vos aquarum, & verbum **הַצֵּלַח** *facere* dicitur qui-

quidem de arboribus, & notat *fructum facere*, seu *ferre*, ut *Jes. 5: 4.* & *37: 31.* uti & Græci interpretes & scriptores Nov. Test. aliique etiam sic loquuntur, adeo ut quicquid arbor ista, ita bene plantata, produxerit, id feliciter crescat, nam *non recedet* *לֹא תִשָּׁבֵט* a *faciendo fructum*, vel ut LXX. habent, *ὃς ἂν διαλείψει ποιεῖν καρπὸν, ἔσται ὅτι οὐκ ἐπιτελεῖται ὁ καρπὸς*: at verus sensus est hic, quod piis omnia prospera & laeta evenient, & si variis adversitatibus & motibus aliquando objiciantur, tamen diligentibus Deum omnia cooperantur & cedunt in bonum, quoniam Deus ipsorum opera dirigit, pronuntiante sic Paulo, Rom. 8: 28. Apollinarius hæc ita habet:

πάντα οὐκ ἰδίῳ νοίῳ καὶ χρέος ὅσα τελέσσει.
Omnia ipsi dirigantur prosperè quacunque faciet.

Ἰδύνω significat *dirigo*. Ut *κυβερνῶ*, seu *κατευθύνω*, quo ultimo verbo utuntur LXX. 2. Par. 26: 5, secundum exemplar Complut. & 2. Sam. 19: 17. secundum Cod. Vatic. Uti & apud Plutarchum legitur *κατευθύνειν τὰ παρόντα πρὸς τὸ κάλλιστον τέλος*, *dirigere presentia ad optimum finem*. Idem etiam exprimitur per *εὐθύνειν*, *διορθῆν*, *διοικεῖν*, *κυβερνᾶν*, *ἡνιοχεῖν*, *regere*, *dirigere*, *moderari*, &c. Et *ιδύνειν* passim occurrit apud Homerum, ut & apud Hesiodum *æg. vs. 9.* & apud Callimachum hymno in Jovem *vs. 81.* Alias *bene succedere*, ut Hebr. *תָּלַץ* indicat, Græci scriptores exprimunt per

προχωρεῖν, ut apud Herodianum l. 2. c. 3. 21.
 προχωροῖν τέλος κατὰ γνώμην, *successerit hæc res*
ex sententia. Et lib, 7. cap. 9. 1. προχωροῦσι τὰ
 πράγματα, *succedebant res.* Vide & lib. 3. cap.
 9. 12. Et apud Thucydidem προχωρεῖ αὐτῶν
 τὰ πράγματα, ἢ ἐβόλετο, *succedunt ei res ita,*
ut voluit.

vs. 4.

לֹא כֵן הַרְשָׁעִים *Non sic impii.* LXX. εἰς
 εἴως οἱ ἀσεβεῖς, εἰς εἴως, i. e. *Non sic impii,*
non sic. In quibusdam codicibus tantum, ἀσε-
 βεῖς, absque articulo, at in Vaticano additur.
 Porro dicunt scholia, τὸ δεύτερον, εἰς εἴως,
 παρ' εἰδέναι καίται ἐν τῷ ἑξαπλῶ. Et in commen-
 tariis in hunc Psalmum dicit Hieronymus,
 „id quod secundo dicitur, *non sic,* in hebræ-
 „is voluminibus non habetur: sed ne in ipsis
 „quidem LXX. interpretibus: Nam in exem-
 „plis Origenis in Cæsariensi bibliotheca le-
 „gens semel tantum scriptum reperi.“ In plu-
 rimis tamen jam reperitur: significat ergo hæc
 repetitio εἰς εἴως, εἰς εἴως, *non sic, non sic,*
 quod impii planè non sint beati, è contrariò
 quod omnino infœlicissimi sint: quamvis flo-
 reant aliquando opibus in hoc mundo, tamen
 nullo modo beati possunt dici. Et imitatus
 est hanc lectionem Apollinarius, quando ait,

εἰ τοῖσι γεγάασι ἀτάσθαλοί, εἰ ποτε τοῖσι.

i. e.

Non tales sunt improbi, nunquam tales.

Γεγάασι est 3. plur. præt. medii, a γάω *sum.* in præt. med. γέγαα, folis poëtis in usu a them. γείνομαι, *gignor*, nascor, aliquando simpliciter *sum.* Alii derivant a γείνω: cujus præteritum tradunt γέγαγκα, exempto γ, γέγκα, deinde dempto κ, γέγαα, in 3. plur. γεγάασι, quod etiam occurrit apud Hesiodum pro *nati sunt*, ἐργ. vs. 108, Porro ἀτάσθαλοι sunt *improbi, injusti, nefandi, scelesti, perniciosi*, imo ἀτάσθαλος in Etymologico Sylburgii dicitur damnorum magnorum auctor, perniciosus, quasi ἀταις θάλλων, i. e. aliorum damnis & injuriis florescens, vel ὄπου θάλλει ἢ ἄτη ubi viget *noxæ*. Alii tamen derivant ab ἄτω, pro βλάβῃ *ledeo, noceo*. Et occurrit apud Hesiodum quoque, ubi Pelias ἰβρισις καὶ ἀτάσθαλος, *injurius & impius* dicitur, θεογ. vs. 996. unde ἀτασθαλία, *improbitas, peccatum*, apud eundem Hesiodum ἐργ, 259. & pro *insipientia, seu stultitia* apud Homerum odys. α. vs. 7. Uti peccator seu improbus sic etiam Ps. 14: 1. appellatur נבל *stultus* seu *flagitiosus*, cui ratio & mens concidit, ut stulte vel turpiter agat.

:חח כי אם כמוץ אשר תדפנו חח *sed sicut gluma, quam dispellit ventus.* Hebraea vox מוץ derivatur a מוץ, *emunxit, exuxit, emulsit*; unde nomen מוץ *emunctio, expressio*, & מוץ *palear, quisquilia, vel gluma*, uti nominatur theca seu folliculus grani hordei vel frumenti quòd premendo emungatur à grano; at glu-

me etymon deducitur a *glubendo*, quòd eo folliculo deglubitur granum, uti Varro loquitur de re rustica lib. I. Cap. 4. 8. Sic Festus, *gluma, bordei tunicula, dictum quod glubatur, id granum*. Qualis gluma nulli est usui hominibus, & a vento impulsà faciem & oculos offendit, ædesque contaminat, ut Schindlerus in Lexico pentaglotto ait, addens, quomodo metaphorice quoque significet *rem minutissimam, pulverem*. Oeties hæc vox Ψ in bibliis occurrit, & à Belgis ubique vertitur *kaf*; a Luthero *spreu*, ab Hieronymo *pulvis*, addente „*pulvis licet de terra sit, tamen desinit esse terra. Tam infælix erit impius, ut nec terrenus quidem sit pulvis. Videtur quidem habere terræ substantiam, sed habet suam substantiam: nihil habet solidum, sed quod habet, ad prænam habet. Huc illucque dispergitur: nunquam in uno loco est, quocunque ventus traxerit, illic ejus impetus dirigitur. Sic & impius, qui semel Deum negaverit, quocunque illum aura Diaboli traxerit, illuc errore perducitur.*“ Apollinarius quoque per pulverem interpretatur, cum ait,

οἱ δὲ κόνει ἴκελοι, τὴν ἑα χθονὸς ὄλεσ' αὐτῆς.

Sed pulveri similes, quem utique terræ perdidit ventus.

Græci interpretes Bibliorum, qui LXX. dicuntur, variant in interpretando hanc vocem **רִיב**, semel vertunt *κονιορθόν*, *pulverem*, ut Job. 21: 18. ὡς κόνιορθός ὃν ὑφέιλετο λαίλαψ, *sicut pulvis quem dispergit turbo*. Semel ab illis vertitur *άνθος*, ut Zeph. 2: 2. ubi **רִיב** **רִיב** **רִיב** vertunt, ὡς άνθος παραπορευόμενον, *ut flos transiens*, vel ut in Cardinalis Barbarini Manuscripto legitur, *παρεχόμενον*, *prateriens*. Alias ab illis interpretibus vertitur *χνῆς* vel *χῆς*. Sic hoc loco, ὡς χνῆς ὃν ἐκρίπται ὁ άνεμος ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς, *sicut pulvis, quem projicit ventus a facie terra*, ubi ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς textui sacro addunt, & pleonasmum affixi amittunt, nam in Hebræo est, *quam dispellet eam*, sic Ps. 144: 8. & alibi. Licet in græco N. T. talis pleonasmus extet, 1. Petr. 2: 24. Sic Jer. 17: 13. ὡς χνῆν ἀχύρον, ut in Vaticano codice legitur; at in Alex. uti & in Hamburg. ibi legitur ὡς χῆν ὀρέων. Et cum Psalmo 35: 5. in Vaticano legitur ὡς χῆς κατὰ προσώπου άνέμου, in Alex. Ald. & Hamburg. codicibus ibi legitur *χνῆς*. At Jer. 29: 5. omnes editiones quas vidi legunt pro **רִיב** **רִיב**, *sicut gluma transiens*, Belgice, *voorbly- vliegend kaf*, ὡς χνῆς φερόμενος. Et Jer. 41: 15. Vaticanus habet καὶ ὡς χνῆν θήσεις, at Alex. & Hamburg. καὶ ὡς χῆν θήσεις. Tandem Hos. 13: 3. **רִיב** **רִיב** **רִיב**, *sicut gluma turbine tollitur de arca*, in Vaticano codice vertitur, ὡς χνῆς ἀποφυσώμενος ἀφ' ἄλωνος,

in

in Alex. ὡς ὡς χῆς ἀποφυσώμενος, in Ald. ὡς
 χῆς φυσώμενος, in Complut. uti & in Ham-
 burg. καὶ ὡσεὶ ἀχνη ἀποφυσωμένη. Unde patet,
 etiamfi L. Bos in prolegom. LXX. annotat, ex
 Aldina editione Hamburgensem esse deriva-
 tam, non semper has editiones esse similes,
 quoniam Hamburgensis hic discrepat ab Al-
 dina, quod in aliis locis quoque non raro ob-
 servavi, sed hoc in transitu. Legitur hic ulti-
 mus locus in Manuscripto Cardinalis Barbari-
 ni, ut Bos annotat, sic, καὶ ὡς ἀράχνη ἀποφυσω-
 μένη λαίλαπι, & in margine, ὡς ὡς χῆς ἀπο-
 φυσώμενος. Ex quibus omnibus patet, quam
 indiscriminatim interpretes Græci χῆν & χῆν
 usurparint. Apud Græcos scriptores tamen
 discrepant hæc duo vocabula; nam χῆς est ἡ
 χυτὴ γῆ, terra egesta, pulvis, &c. & bis in
 Novo Test. occurrit pro pulvere, belgice *Stof*,
 ut *Apoc.* 18: 19. & *Marc.* 6: 11. in quo ulti-
 mo loco occurrit pro pulvere, qui pedibus ad-
 hæsit, pro quo Matthæus cap. 10: 14., &
 Lucas cap. 9: 5. habent κοκκοῦν, pulverem.
 Uti & in Stephani Glossario græco-latino le-
 gitur, χοῦς ὁ κοκκοῦν pulvis, pulvis. Et dici-
 tur χοῦς proculdubio contracte ex χόος, uti νῆς
 ex νός. Et utuntur LXX. interpretes pro Heb.
 𐤇𐤃 pulvere *Pf.* 22: 16. καὶ εἰς χοῦν θανάτου κατή-
 γαγες με, in pulverem mortis deduxisti me. Sic
Pf. 7: 6, καὶ τὴν δόξαν μου εἰς χῆν καὶ αὐστηρώσαι,
 & gloriam meam in pulverem collocet. Sic *Pf.* 18: 43.
 καὶ λιθίνῳ αὐτῆς εἰς χοῦν κατὰ πρόσωπον ἀνέμους,

Et comminuat eos ut pulverem ante faciem venti,
 Ubi tamen Alex. Ald. Complut. & Hamburg.
 habent *ἀσέλ χυῖν*. Sed *χυῖς* contractè ex
χυῖος, est *raso*, *lanugo*, quia radi potest, a
χυαῖω, *vellico*, *rado*. Etiam *χυῖς* est *molle to-*
mentum, quo culcitraz infarciuntur, constans
 ex tenera lana, belgicè *Vlok*. Unde *Vlok-bedde*,
Vlok-assche, *Vlok-wolle*, &c. apud Kilianum,
 ut & *Vlokaard*, *homo fluxus*. Imo *maris spuma*
 etiam dicitur *χυῖς ἀλῆς*, apud Homerum od. ζ.
 Quoniam veluti lanugo ei innatat, vel quia
 spuma est veluti lanugo maris. In sensu ta-
 men non est magna discrepantia, ut enim
γῆ *gluma*, facile dispellitur vento, sic etiam
χυῖς seu *tenuis pulvis*, uti & *χυῖς*, *lanugo*, *tomen-*
tum seu *spuma maris*.

vs. 5.

לא יקמו רשעים במשפט *Non stabunt impij*
in iudicio, vel *non consistent*. Verbum hebræ-
 um קום *standi* significationem habet, & op-
 ponitur τῶ *cadere*, Pl. 18: 39. & 20: 9. Et
 quia additur *in iudicio*, sequitur, quod, *non*
stabunt in iudicio, hic sensu forensi notet, *non*
consistent, *zy zullen niet bestaan in't gerigte*. Scil.
 in universali illo Iudicio Dei, quando Deus
 ad iudicium surget, & quando omnes homi-
 nes sistentur coram Christi tribunali, tum im-
 pii non consistent, sed causâ cadent, quia ri-
 gorem examinis Divini non poterunt sustine-
 re: non pronuntiabuntur justî, sed condemna-
 bun-

buntur, & cum pudore & confusione a facie
 judicis justissimi recedent. Hinc Mal. 3: 4.
 dicitur, *quis est, qui sustineat diem adventus
 ejus? & quis est, qui stet, quum is apparebit?*
 belg. *Wie zal bestaan, als hy verschynde?* Maxi-
 mē quando ut terribilis judex animadvertet in
 peccatores, quis tempore iræ suæ, ἐν τῷ ἀνα-
 στήναι ἐἶς κρῖσιν τὸν Θεόν, *quando surget Deus in ju-
 dicio*, ut LXX. loquuntur, Ps. 76: 10. con-
 sistet? Imo quando accusator Diabolus omnes
 accusabit, quis impiorum tunc consistet, vel
 stabit contra adversarium? Uti a Jurisconsultis
 verbum *consistere* sic aliquando sumitur pro in
 judicio stare adversus aliquem, notante Cal-
 vino in Lexico Juridico pag. 230. Et ab hac
 interpretatione non differunt LXX. interpre-
 tes, quando dicunt, διὰ τούτο οὐκ ἀναστήσουσι
 ἀσεβεῖς ἐν κρῖσει, *idcirco non surgent impii in ju-
 dicio*. Ita enim verbum ἀνίστασθαι, vel ἀναστήναι
 sumitur pro *surgere, assurgere, exsurgere*, uti
 Xenophon ait, ἀνέστη Κλειτέλης καὶ εἶπε, i. e.
Cliteles surrexit & dixit. Sic Demosthenes ait,
 ἀλλ' ἀναστὰς ἀντέειπον, *sed surgens contradixi*. Et
 usurpatur etiam de peculiari actione judiciali,
 seu de Judice, qui aliquando dicitur *sedere*,
 Matth. 19: 28. aliquando etiam *surgere*, ἀνα-
 στήναι, ut Ps. 76: 10. seu de partibus litigan-
 tibus, quæ ambæ dicuntur vel *stare*, vel *sur-
 gere*, Actor, 6: 9. uti & testes, cum testi-
 monium sunt dicturi, Marc. 14: 57. Hinc
 Matth. 12: 41. dicitur de Ninevitis, ἀναστή-

ἤσονται ἐν τῇ κρίσει μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ
καὶ ἀκρινοῦσιν αὐτήν, *surgent in iudicio cum hac
gente, & condemnabunt eam*, quæ verba etiam
refero ad iudiciorum consuetudinem, qua so-
lent assurgere, qui in publicis cœtibus aliquid
sunt dicturi: Sic Ninivitæ surgent in iudicio
cum Pharisæis & Scribis, & condemnabunt
eos, id est, efficiant ut condemnentur. Uti
Cicero a se Verrem, & Tacitus a Domitio ac-
cusatore condemnatam ait Claudiam, notante
Grotio. Testabuntur enim Ninivitæ contra
hos Pharisæos & Scribas, imo erunt eorum ac-
cusatores; & sic Deus iudex eos condemnabit.
Et sic omnes ii impii, qui Deum non amant
aut colunt, sed contemnunt, ac leges & vias
ejus prorsus oderunt, in tremendo illo judi-
cio non assurgent, ut coram Deo iudice sub-
sistant, vel adversarios suos adversus se in-
surgentes repellant. Et sic Apollinarius pro-
culdubio hæc quoque accepit, cum dixit,

Τηνέκεν εἰς κρίσιν οὐδέποτε ἀνστήσονται ἀ-
λείται.

Itaque in iudicium nunquam resurgent scelerati.

Vel nunquam exsurgent peccatores: ἀλείτης e-
nim notat peccatorem, fontem, sceleratum, for-
san ab ἄλη, error, unde ἀλιτεῖν, aberrare, pec-
care, & occurrit hoc vocabulum apud Home-
rum ὄδυσ. v. 121.

- - φάτο γὰρ τίσαθαι ἀλείτας,
autumabat enim se esse ulturum fontes, vel sce-
leratos.

Adeo ut ex hac interpretatione LXX. in-
 terpretum non sequatur, eos fuisse in sen-
 tentia plurimorum Judæorum, impios non
 resurrecturos ex mortuis, uti Theodorus
 Dassovius ostendit *in diatriba de resurrect. mor-*
tuor. ex sententia Judæorum, cap. 4. multos
 Judæos etiam ipsum Kimchium in hac fu-
 isse opinione, quoniam ita ad Ps. 1: 5. dicit,
 הרשעים לא תהיה להם תקומה אלא
 תאבד נפשם עם גופם כיום המיתה:
i. e. Impiis non erit resurrectio; sed peribit ani-
ma ipsorum cum corpore ipsorum in die mortis.
 Et licet Sixtinus Amama in Antibarbaro pag.
 967. 969. putet, ex iis verbis Kimchii non
 sequi, eum in hac fuisse sententia, sed *in-*
terire ipsi significare *in misera & ærumnabili*
condicione esse, uti etiam Celeb. Coccejus
 annotat; tamen & ipse Coccejus & Dassovi-
 us varia alia adducunt loca, ex quibus patet,
 Kimchium cum multis aliis Judæis credidisse,
 solos pios, non vero impios, resurrecturos.
 Omnes tamen Rabbini in hac non fuere sen-
 tentia, multi enim asserunt, impios resurre-
 cturos, uti Dassovius fusius annotat. Hinc
 Menasse Ben Israel in libro *de resurrect. mort.*
lib. 2. cap. 8. hæc verba citat ex *Rosch a-sana,*
tria genera hominum comparebunt in die judicii,
unum eorum, qui perfecte justi fuerunt, id est.

quorum merita plura sunt quam demerita; alie-
 rum pessimorum, quorum demerita plura sunt,
 quam merita; tertium eorum, qui inter hos du-
 os medi sunt, quorum merita & demerita paria
 sunt: addens porro, si itaque dies iudicii con-
 junctus erit resurrectioni mortuorum, ut postea
 ostendemus, & quemadmodum R. Salomo, To-
 saphot & Gerundensis credidere, ac tum tria ge-
 nera hominum iustorum, malorum & interme-
 diorum iudicanda sint, necesse sane est, ut cujus-
 vis generis homines resurgant. Imo probat
 Menasse suo more, ex lumine intellectus &
 ex sacris literis sequi tam impios quam pi-
 os resurrecturos; Non tamen extendit hanc
 resurrectionem ad omnes homines, sed ad
 solos Israëlitas, & ad pios inter gentiles:
 Unde illud veterum dictum, חסדי אמות
 העולם יש להם חלק לעולם הנבא
 i. e. Pii ex gentibus mundi pars erit in futuro
 seculo. Imo omnes gentes, quæ præcepta
 Noacho data probe observarint, non tantum
 resurgent, ait Menasse, sed etiam beatitudi-
 nis futuri seculi participes erunt, juxta ve-
 terum illud pronunciatum, אין הקדוש ברוך
 הוא מקפה שכר כל בריה
 i. e. Non fraudat
 Deus premio ullam creaturam. Lib 2. cap. 9. de
 resurrect. mortuorum.

וחטאים בעדת צדיקים LXX. οὐδὲ ἀμαρ-
 τωλοὶ ἐν βουλῇ δικαίων, neque peccatores in consi-
 lio iustorum. Apollinarius,

οὐδ' ἄρ' ἀμαρτίνοος πινυτῶν βουλήσι δικαίων.

Neque utique peccatores prudentum consiliis justorum.

ἀμαρτίνοος est talis, cujus mens est errans, & prava, ex ἀμαρτάνω, pecco, & νόος, mens. Occurrit hæc vox apud Hesiodum §. 511. & apud Nonnum Panopolitanum in metaphrasi Evangelii Johannis cap. 6: vs. 188. & πινυτός, ab Apollinario hic additus, est prudens, sapiens, consultus. Unde πινυτή γυνή, uti & πινυτή, prudentia, apud Homerum, a πινύω, unde πινύσκω, admoneo, quasi πινυτὸν ποιῶ, prudentem facio. Vide porro Martinii Cadm. græco-phæn. ad πινέω. Intelligit Coccejus per **קִרְיָת הַצַּדִּיקִים**, πανήγυριν καὶ ἐκκλησίαν, congregationem & cætum justorum, ut sint una, & mutua lætitia fruantur, nempe in cælo, ubi Christus illis locum præparavit, & ubi impii non venient, quia condemnabuntur ac in infernum detrudentur. Habent tamen, addit Coccejus, justī in hac vita communionem inter se per eundem spiritum fidei & charitatis, & quantum possunt, abstinent se a communione infidelium, a quorum cætu cætus fidelium singulari Dei providentia aliquando separatur, ut avorum nostrorum memoria factum est, quum Ecclesia cœpit emergere ex inferni portis & e Papatu tanquam mystica Babylone discedere.

Aquila ἠγυβ vertit ἐν συναγωγῇ, Theodotio ἐν συλλόγῳ, & Symmachus ἐν συνελεύσει. Ad Aquilæ versionem ἐν συναγωγῇ dicit Drufius, *in congregatione*, vel, si placet, *in Synagoga*. Nam ita vocabant proprie conventus Judæorum, ad quorum religionem Aquilam olim descivisse accepimus. Quapropter ἀποστόλης a nonnullis dictus est. Vide porro Epist. 41. Drufii Alexandro Noëlo. Et ad Theodotionis versionem ἐν συλλόγῳ dicit, *in collecta*. Nam συλλέγω est *colligo*. Alibi est ἐν συναγωγῇ, & ita olim posuimus in *Fragm. Antverpiæ impressis*. Erat certe Theodotio, si verum scribit Hieronymus, ex hæresi Ebonitarum, qui etiam ecclesias suas Synagogas appellabant. Epiphanius I. 1. adversus hæreses συναγωγῶν δὲ οὗτοι καλεῖσσι τὴν ἑαυτῶν ἐκκλησίαν. Est & σύλλογος *colloquium, colloquutio*. Tandem ad Symmachi versionem ἐν συνελεύσει, tantum annotat, quod in Lexico veteri συνέλευσις est *conventus*. Et explicatur etiam σύνοδος, *conventus, congregatio*, &c. Hesych.

vs. 6.

In hoc versu nulla apparet discrepantia inter versionem LXX. & textum sacrum. Addo tandem Apollinarii metaphrasin, quæ hæc est,

Οὐνεκεν εὐαγγέλιον βασίλειος πάντων εἶδε δικαίων.

τῶν δὲ δὺς ἡνῶν γενεὴ προθέλυμος ὀλεῖται.

*Ideo piorum Rex viam novit justorum,
Idcirco miserorum generatio radicitus peribit.*

Ubi יהוה Jehova apud LXX. semper κύριος, ab Apollinario dicitur εὐαγέων βασιλεύς, *Rex piorum, vel sincerorum, vel purorum.* Sic enim εὐαγής usurpatur a Nonno in *Paraphr. ad Job. 8. vl. 68.*

ὅπποταν εὐαγέεσιν ἀνυψώσῃτε μενοιναῖς,
i. e.

Quando puris exaltaveritis animis.

Uti & εὐαγέως, *pure*, apud eundem *cap. 15. vl. 80.* καὶ εὐαγέως ἀγαπάζων, *Et pure diligens.* Explicatur etiam ἁγνός, *iepos, sacer, pius, sanctus*, ut apud Theocritum *idyl. 26. vl. 30.* αὐτὸς δ' εὐαγέοιμι, καὶ εὐαγέεσιν ἄδοιμι, *ipse vero sancte agam Et sancte agentibus placeam.* Et sic Jehova, cui quidem competit imperium in omnes creaturas, κατ' ἐξοχὴν est βασιλεύς εὐαγέων, *Rex piorum*, qui ipsum sancte ac sincere colunt, hos amat ac diligit, horumque viam novit, i. e. curat ac approbat. At e contrario ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολείπει, *viam impiorum peribit.* Vel ut Apollinarius hic ait, δὺς ἡνῶν γενεὴ προθέλυμος ὀλεῖται, *miserorum generatio radicitus peribit.* δὺς ἡνος est *infelix, miser,*
idem

idem ac ταλαίπωρος, ἄθλιος, δυσυχής, κακο-
 δαίμων, derivatur vel a δύς, ἀγρῆ, & σένω,
 gemo, quod abunde gemere miserorum sit,
 vel a δύς, difficulter, & σῆναι, stare, ut sit ὁ μὴ
 δυνάμενος σῆναι, qui vix stare potest. Et sic im-
 pii non stare possunt diu, etiam si pro tem-
 pore aliquando floreat, cadent tamen maxi-
 me in iudicio illo tremendo, imo eorum ge-
 neratio ὀλεῖται προθέλυμνος, peribit radicitus, sic
 in Etymologico parvo Fr. Gregorii dicitur id
 προθέλυμνον ἔλκεσθαι, quod funditus tollitur
 uti & Scapula annotat, προθέλυμνος ἔλκεσθαι,
 dicitur, qui radicitus evellitur, & funditus
 extirpatur. Et sic apud Aristophanem *de*
Pace pag. 674. Crisarius Trygæo dicit,

ὄμι' ὡς προθέλυμνόν μ' ὦ Τρυγαῖ ἀπώλετας.
Quam me Trygæe perdidisti funditus.

Pro τρυγαῖ in Scapulæ Lexico pag. 625.
 male legitur τρυαῖ. Derivatur hoc adjecti-
 vum προθέλυμνος, a θέλυμνον, idem quod θέ-
 μιλον, fundamentum, quod iterum a θέω, πο-
 νο, deducitur, quia primo loco ponitur, ut
 cætera superstruantur. Varinus tamen refert
 ad τέλος. Hesyech. θέλεμνον ὄλον ἐκ ρίζων.
 Quicquid sit, quia impii nullo nituntur fun-
 damento, neque radices habent, ideo facile
 extirpantur.

CHRISTOPHORI AUGUSTI
HEUMANNI

Illustris Gymnasii Gottingensis Inspectoris
Ac SS. Theologiae Professoris

DE

ABRAHAMI VISIONE

CHRISTI

Ad locum Joh. VIII. 56.

DISSERTATIO.



Quoniam fulem & impiarum
plenum nugarum fuisse librum
illum, quem a maleferiato quo-
dam Sethiano compositum, vel
potius suppositum & titulo *Apocalypsis Abra-
hami* inscriptum, vetus orbis Christianus
ἔγνω, ἀνέγνω, κατέγνω, facile meritoque cre-
dimus (a) *Epiphanio*; veram tamen sanctis-
simo, quem dixi, patriarchae omnino con-
tigisse ἀποκάλυψιν, ipsius Christi verbis in-
ducti statuunt viri in sacrarum literarum in-
terpretatione versatissimi, *Wolfgangus Franzius*
& *Salomo Glasius*. Verba quippe τῆς Σωτηρίας,
quibus (b) diem suum Abrahamo visum fuisse
testatur, hoc sensu capit (c) *Franzius*, ut non

δι-

(a) Haeresi XXXIX. Sethianorum cap. V.

(b) Joan. VIII. 56.

(c) Tract. de Interpret. Orac. XLVII. p. 451.

dubitet, Abrahamo oblatam & exhibitam in divina visione fortissima fuisse personam & faciem Jesu Christi, prout natus fuit ex virgine gentis Abrahamiticae, crevit, ministerio miraculorum defungi coepit, a passione exaltatus fuit ad dextram Patris, & in ultimo die omnes est excitaturus & in altera vita coronaturus: istamque sententiam sine ulla haesitatione suam facit (d) Glasius. Nos jucundissimi hujus temporis memores, quo Christi nativitatem, tot olim tamque fervidis expetitam votis, rite celebrat Ecclesia, huic de apocalypsi Abrahamo facta meditationi paulisper inhaerere, & sacrae orationi faculam admovere philologicam, constituimus. Quam rem dum aggredimur, statim nostram animadversionem ad se convertit insolita illa loquendi formula, qua Abrahamus dicitur ἀγαλλιόσασθαι ἵνα ἴδῃ. Quem enim in modum Latinis moris est dicere Gaudeo, quod, non Gaudeo, ut; sic & Graeci verbis gaudendi voculam ὅτι subiungere consueverunt. Ne longius abeamus, in ipsis Novi Foederis tabulis jubentur (e) Apostoli ἀγαλλιᾶσθαι, ὅτι ἐ μισθός αὐτῶν ὡ-
λὺς ἐν τοῖς ἔρανοῖς. Pari modo beatissima mulierum (f) ἠγαλλίασεν, ὅτι ὁ Θεὸς ἐπέβλε-
ψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτῆς. In Joanne quoque Apocalypsi (g) Sancti χαίρει καὶ ἀγαλλ-

(d) Philol. S. lib. V. tract. I. cap. IV. p. 1488.

(e) Matth. V. 12.

(f) Luc. I. 47-48

(g) Cap XXX. 7.

ἀγαπᾶν, ὅτι ἦλθεν ὁ γάμος τῆς ἀρνίας.
 Ateo, quem contemplamur, loco Abrahamus
 exultasse dicitur, (sic recte reddidit Vulgatus
 interpres,) *UT videret.* Cum igitur *ἵνα* fit
 vox finem declarans, ad quem mens inten-
 ta est, facile est subodorari, τὸ ἠγαπᾶσατο,
ἵνα ἴδῃ, sensu praegnantem significare *summo*
cum gaudio cupivit videre. Id quod & *Vatab-*
lus vidit, Vulgati interpretis verba modo
 adducta hunc in modum ἠγαπᾶζων: *Laetan-*
ti animo expetivit, ut videret. Nec dubitavit
 servare hanc paraphrasin Versio Belgica: *A-*
brabam heeft met verheuginge verlanght, op daer
hy mynen dagh sien soude. Scilicet sunt, maxi-
 me in Hebraica lingua, quam verborum ino-
 pe, tam sensuum foecundâ, verba, quae al-
 terius verbi vim quasi sino suo inclusam gestant,
 ideoque a grammaticis (*b*) non inepte *prae-*
gnantia vocantur. *Danzius*, vir celeberrimus,
Interpretis sui Ebraeo-Chaldaei ultima ani-
 madversione (*i*) hoc idem hisce expressit
 verbis: *Interdum verbum ita construitur, ut*
commode exponi non possit, nisi alterius cujus-
dam verbi, constructioni istiusmodi convenientis,
includatur significatio. *Glassius* (*k*) ita ean-
 dem

(*b*) E. g. *Koebero Gramm. Graec. Harmon. p. 119.*
 not. 6.

(*i*) §. 232,

(*k*) *Lib. III. tract. III. can. 2. p. 747.* Caeterum plura
 sunt genera verborum praegnantium apud Hebraeos.
 Vid. *Glassius p. 779. seqq.*

dem rem exposuit: *In uno verbo (l) quandoque duae significationes occurrunt, ita ut ad ejus explicationem intelligi addique aliud verbum necesse sit.* Exemplis a *Glassio* productis unum adjungam, itemque alterum. *Genes. XLVI. 3: Ne timeas a descendendo in Ægyptum,* hoc est, ne timeas eoque timore auoceris a descendendo in Ægyptum. *Prov. XXVIII. 23: Qui corripit hominem post me,* id est, qui corripit alterum, eumque ea correptione permovet; ut sequatur me. Ut igitur ad propositum revertamur, facile nunc intelligimus, nostro *exultandi* verbo (*ἠγαλλιάσατο*) pariter aliud reconditum latere verbum, quod cum

(l) Non solum verba, sed etiam nomina praegnantia occurrunt in sermone Hebraico, ut cum in comparatione omittitur tertium, quod vocant, *comparationis*. e. g. *Exodi IV. 6.* dicitur manus *Mosis leprosa fuisse sicut nix*, id est, leprosa & hinc aequae candida, ut nix. Sic & *Psal. CIII. 5.* verbis: *Renovabitur juventus tua, ut aquilae*, non indicatur, quae *Rabbinorum* fabula est, a *Franzio* explosa *Hist. animal. P. II. Cap. I. p. 328.* aquilas in senectute rejuvenescere, sed haec est sententia: *Reparabuntur vires tuae, ac tam robustus eris, quam solent esse aquilae juvenes.* Quid? in patrio quoque sermone licet observare hujus generis dictiones, e. g. *Er schämnet sich wie ein Fuchs*; hoc est, *Pudore erubescit*, tamque rubicundum accipit vultum, ut vix vulpecula sit rubicundior. Pari sensu dicere solemus: *Er studiret / wie ein Pferd* / id est, *tam strenuam literis navat operam, ut impigro labore aequet alacritatem & fervorem equi omnes intendentis in laborando nervos.*

cum *iva* construi minime renuat, Nimirum solent, qui de bono quopiam sibi promisso certi sunt, repraesentantes animo suo felicitatem, qua adepto illo fruituri sibi videntur, eximia efferri laetitia, summaque incendi ejus boni potiundi cupiditate. Naturam hominum ita affectorum doctissime descripsit Cicero, eos inquiens (m) *voluptate nimia gestire, & appetitum eorum tanquam exultare cupiendo*. Quo loco nihil est ad illustrandum nostrum ἡγαλλιάσατο accommodatius. Nam & Abrahamus *exultavit, ut videret*, id est, gaudio *exultans cupiit* videre diem Mesiae. Addo, quod & Romani verbo ejusmodi praegnanti crebro utuntur, quo τὸ ἡγαλλιάσατο tam plene perfecteque exprimitur, ut propemodum credam, Evangelistam vocabulo isto Graeco Latinam illam, quam in-nuo, vocem reddere voluisse. Quem enim fugit Latinorum illa dictio: *Gestivit videre*, id est, laetitia in gestus erumpente ostendit, se videndi cupidum esse? Ac nostro loco plane παρὰ δεικλον est Terentianum (n) illud: *Ipsius gestio dari mihi in conspectum*. Quando enim Abrahamus dicitur ἀγαλλιάσατο, *iva idē*, Comi- cis istis verbis ita id expresseris perquam feliciter: *Abrahamus gestiebat, dari sibi in conspectum diem illum, sive, UT daretur sibi dies ille in conspectum*. Quocirca plane Romano loquendi more, τὸ ἡγαλλιάσατο pergestiebat reddidisse

IV. Fascicul.

H h

cen-

(m) Lib. I. de Offic. cap. 29.

(n) Phorm. II. 1. 30.

cenfendi funt *Beza*, *Er. Schmidius*, uterque *Jansenius*, & *Maldonatus*.

Superata prima hujus loci difficultate, alterum nodum folvendum fufcipimus. Dubitatur enim, quisnam fit ille dies, quem *Chriftus* hic vocat *diem fuum*. Romano ftyle *dies natalis* vocari folet *fuus* cujusque *dies*. *Cicero* cum *lib. IX. ad Attic. epift. 2. & 3.* fcripfillet *die tuo*, & *in diem tuum*, epiftolae quartae initio id ipfemet fic interpretatur: *Natali die tuo*. Eodem fenfu *P. Staius Papi- nius* *Genethliacon*, quod *Lucano* poëtae *Sylvarum fecundo libro* fcripfit, ita exorditur: *Lucani proprium diem* (id eft natalem,) *frequentet, quisquis, cætera*. In Graecorum quoque monumentis hanc loquendi formulam obfer- vavit *Lambertus* (o) *Bofius*. Ac nos quoque Germani loqui fic de natalibus noftris die- bus folemus: *Es ift heute mein Tag*. Iidem tamen Romani per *diem fuum* plane contra- ria ratione fignare folet *diem mortis*. *Quan- docunque fatalis & MELLIS dies veniet*, inquit (p) *Quintilianus*, vel quisquis auctor eft *Dialogi de caufis corruptae eloquentiae*. Sic ad *I. Sam. XXVI, 10*: *Si venerit dies ejus*, adfcripfit (q) *Clericus*: *Hoc eft, dies mortis*, adiuncto ve- teris cujusdam Romani fcriptoris loco maxime gemino: cui adfcribo locum *Servii*, in epifto-
la,

(o) *Lib. de Ellipfi Graecorum p. 34. edit. Schoetgenii,*

(p) *Cap. XIII, n. 7.*

(q) *Comment. ad h. l.*

la, quae inter Ciceronianas exstat libro quarto duodecima, sic locuti : *Diem suum obiit* : pro quo *Cornelius* (r) *Nepos* : *diem obiit supremum*, & (s) simpliciter : *diem obiit*, id est, *Terentio* (t) interprete, *obiit mortem*. *Justinus* (u) atque *Sulpicius* (x) *Severus* ita loqui ausi sunt : *diem functus est*, id est, *vita excessit*. Neutra tamen harum notionum huc quadrat. Illud autem nostro loco lucis affundit haud parum, quod *dies* non apud Hebraeos (y) solum, sed etiam apud Graeciae scriptores generatim pro *tempore* ponitur : id quod exemplis affirmavit (z) *Pfoche-nius*, non refragato ipsius antagonista, *Thoma* (a) *Gatakero*, qui, nec Latinos (b) scriptores hunc dicendi modum abhorruisse, simul exemplis aliquot comprobat. Iis tria addo e Latio exempla in primis illustria, quibus *longa dies* pro *longo tempore* offenditur. *Ovidius Tristium* primo (c) libro : *Et longa pietas excidat ista die*. *Curtius* libro (d) sexto : *Feras bestias longior dies*

H h 2 mit-

- (r) VII. 10. 7. & XX. 5. 4.
- (s) X. 10. 3.
- (t) Andr. I. 3. 18.
- (u) XIX. 1. 1.
- (x) Hist. sacr. lib. I. cap. 7.
- (y) Vid Glasius Philol S. p. 1426. seq.
- (z) Lib. de linguae N. T. puritate § LI.
- (a) Diss. de stylo N. T. cap. XXV. p. 129.
- (b) Vid. Servius ad Virg Aen. II. 324. & Auf. Popma de differentiis verborum lib. 2. p. 161.
- (c) Eleg. 4. v. 14.
- (d) Cap. III. 8.

mitigat. Tibullus quarta primi libri (e) elegia:

Longa dies homini docuit parere leones:

Longa dies molli saxa peredit aqua.

Pro quo Ovidius (f) ita:

Tempore Poenorum compefcitur ira leonum:

Bellua fervitium tempore victa fubit.

Eundem igitur in modum fagro in codice *dies pro tempore* fcribitur, & quidem fpecialius *pro tempore divinitus deftinato*. Sic *magnus ille dies Ifraëlis Hofeae I. 11.* eft tempus illud, quo Ifraëlem liberare laetitiaque perfundere DEUS ftatuemat. Pariter *Jefaiæ XIII. 6. 9. 13. dies Domini (g)* tempus illud eft, quo DEUS poenas ab hominibus pertinacis improbitatis reis repetere conftituit. Ex quo jam lucide apparet, *diem Mefiæ*, ab Abrahamo caeterisque prioris aevi piis mentibus avidiffime expetitum, tempus effe illud, quo ex divino decreto (b) Filius DEI homo factus confpiciendum fe hominibus erat praebiturus, confectoque aevi mortalis curriculo, ac morte fuperata, refurrecturus, & gloriofiffime fuperas fedes repetiturus. Atque hoc ipfo fenfu *diem Mefiæ* hic loci ceperunt *Brentius, Chemnitius, Hunnius, Tarnovius*, aliique complurus producti a *Seb. (i) Nieman.*

no.

(e) v. 13, & 14.

(f) Trift. IV. 6. 5. & 8.

(g) Sic Joël. II. 1. 2. Amos V. 18; Obad. 15; Mich. VII. 4; Aëtor. II. 20.

(b) Galat. IV. 4.

(i) Singulari Differtatione ad h. I. Jenæ A. 1663, edita, § XXII.

hac utitur voce: καὶ εἶδον. Quarta denique *visio* est *realis*, qua Mesiam (o) videre contigit apostolis. Quod si jam dispicimus, quodnam *visionis* genus Abrahamo a Christo tribuatur, facile intelligimus, eum felicitate superiorem describi caeteris prophetis caeteraque fidelium V. T. turbâ, adeoque nec *visionem fidei*, nec *visionem propheticam*, a Christo (p) innui. Cum igitur nec *reali* (q) gavifus sit *visione*, diu quippe ante Mesiae ἐνανθρώπων rebus humanis ereptus, relinquitur, ut *visionem* singulari DEI beneficio habuerit *apocalypticam*: quae ipsa est *Glassii* atque *Franzii* sententia, supra memorata, adeoque firmissimo utique innitens fundamento. Non alienum fuerit, animadvertere παραδηλισμόν inter Abrahamum et

(o) Joan. I. 14; Matth. XIII. 17.

(p) Adde, quod Abrahamus tum, cum diem Mesiae videre exoptabat, *visionem fidei* *visionemque propheticam* jam habuit, adeoque ejus generis *visionem* desiderare non potuit: quod argumentum recte urget *Werenfelsius* loc. cit. p. 443. seq. & *Niemannus* loc. cit. §. 36.

(q) Sunt Pontificiorum nonnulli, qui Christum respexisse putant ad *limbum Patrum*, in quo constitutus Abrahamus resciverit, Christum e Maria prodatum, ac tot saeculorum spem impletam esse. Quam sententiam accurate *Niemannus* refellit *Diss.* cit. §. 30. 31. & 32. Adde, istis exegetis hanc interpretationem praevisse *Valentinianos*, qui diserte in *Valentinianis Excerptis Theodoti* §. 18. p. 147, edit. *Fabricii Bibl. Graec.* lib. V, cap. I. eadem chorda oberant.

& Joannem, quorum illum in veteri, hunc in novo Testamento ἀποκαλύψει dignatus est DEUS optimus maximus. Uti enim Christus singulari & praecipuo quodam amore complectebatur Joannem suum, eique propterea praecipuo quodam beneficio futura Ecclesiae suae fata vividissimis descripta coloribus repraesentabat; sic DEUS Abrahamo, quem (r) amici loco habebat, nec quicquam (s) celabat, Messiam ἐν ἀποκαλύψει exhibebat nascentem, docentem, patientem, resurgentem, ac postremo in coelum adscendentem. Nec vero moveri nos oportet, quod vox εἶδεν in verbis Christi bis posita duplici capitur notione. Praeterquam enim, quod res ipsa nos eò ducit, quod scilicet Abrahamus realem expetens visionem, visione beatus fuerit ea, quae reali est proxima, hoc est, apocalypticâ; aliis quoque locis cum gravitate quadam idem fit, ut a receptissima notione Christus progrediatur ad augustiorem, e. g. Joan. IV. 31. 32; Matth. VIII. 22. (t)

H h 4

Cae

(r) Jacobi II. 23.

(s) Genes. XVIII. 17.

(t) Plura exempla vide in Glasii Philol. S. lib. V. Tract. II. Cap. II p. 2003. seqq. Adde ejusmodi διαλογίαν, quam rhetores vocant, interdum in una eademque voce occurrere, ut cum Paulus Rom. XV. 13. inquit: Mater illius & mea, hoc est, illius mater natura, mea affectu. Natura tu illi pater es, consiliis ego, inquit Mitio Comicus Adelp. I. 2. 46. Hujus generis διαλογίας exempla plura exhibuit Jo. Pincis.

Caeterum quo tempore haec ἀποκάλυψις Abrahamo obtigerit, cum taceat Christus, frustra inquiritur, adeoque *Erasmi* (t) conjectura, suspicantis, visionem hanc oblatam Abrahamo fuisse, cum maētaturus esset filium, nullo fundamento nititur. Nec caeterae hujus visionis sive apocalypseos circumstantiae satis explicari possunt. Illud vero abunde hinc apparet, Socinianorum, conditionali sensu verba Christi capientium, interpretationem summo jure (u) *Niemanno* appellari *futilem*, recteque a *Glassio* (x) *Socinum* ob id ipsum vocari *audacissimum tabularum Christi falsarium*. Sed nec illud minus inde liquet, vel errare vel nimis obscure loqui *Jo. Marckium* & *Ψευδώνυμον Liberium de S. Amore*, quorum hic (y) *praevisionem*, ille (z) *visionem mentalem* Abrahamo tribuit. Neque minus concidit *Werenselsii*, subtilissimi alioquin theologi, sententia, qui (a) non ita pridem, *rimide tamen salvoque meliori judicio*, statuit, Christum loqui de nativitate Isaaci, diu Abrahamo promissa tandemque impleta: quam
sen-

rus in *Parergiiis Otii Marburgensis lib. III. cap. 52. p. 313. seqq.*

(t) In *Paraphrasi* ad h. l.

(u) *Loco cit.* §. 26.

(x) *Philol. S. p. 1105.*

(y) *Epist. Theol. VII. p. 188.*

(z) *Exercit. Scripturar. A. 1710. edit. Dissert. XIII.*

(a) *Sylog. Dissert. Theol. p. 443. seqq.*

sententiam jam refutari memini a *Jacobo* (b) *Rasnagio*, viro eruditissimo, de literatoque orbe optime merito merentique. Gottingæ d. VI. Januar. MDCCXVIII.

(b) *Antiq. Judaic. Lib. II. Cap. III. §. 24. p. 469.*



IV.

FRIDERICI ADOLPHI
LAMPE

DE

DIE CHRISTI AB ABRAHAMO
VISA

Ad locum Joh. VIII. 56.

EXERCITATIO.

SUMMARIUM.

§. 1. **T**Riplex interpretum circa hunc locum sententia.
§. 2. 3. Eligitur illa, quæ statuit Abrahamum Diem Christi vidisse, quando in carnem veniebat.
§. 4 - 15. *Argumentum primum* a proprietate dictionis petitur. Explicantur phrasæ, *Dies Christi, Videre diem &c.* Luc. XVII. 22. lux affunditur. §. 16 - 21. *Argumentum secundum* a re ipsa, ubi de cognitione operis redemptionis in terris consummati, quatenus cœlites eam habuerint, disseritur. §. 22 - 26. *Argumentum tertium* a nexu cum antecedentibus & consequentibus.

tibus. §. 27, 28. Argumentum quartum a scopo. §. 29. Pereasdem argumentorum classes sententia recepta refellitur. §. 30. seqq. Objectiunculæ quædam contra nostram hypothefin solvuntur.



§. I.

Uomodo Abrahamus, Pater cre-
dentium, DIE M Salvatoris
nostri VIDERIT, quod ipse su-
premus Veritatis Doct̃or affir-
mat Joh. VIII. 56. res est investigatione di-
gnissima. In tres hic partes potissimum abe-
unt Interpretes. Maximus eorum numerus
Abrahamum in visione divina hunc *diem vi-*
disse, cum adhuc in terris ageret, existumant.
Quidam vero id factum arbitrantur in ipso
temporis *πληρωματι*, cum Abrahamus jam in
cælum translatus, & Filius a Patre in ter-
ram missus esset. Recentiores alii, Cel-
COCCEJUM sequentes, utramque visionem
& in typo & in implemento non inconcinne
conjugi posse ducunt. Mediam ex his vi-
am nos hæctenus inire malumus.

§. 2. Paucis ea placuit. Antiqui Ecclesiæ
Patres, quantum novimus, de illa non co-
gitarunt. Pontificiis quibusdam tamen arri-
fit, ut haberent, quo figmentum de limbo
Patrum in crustarent. Ex nostris hic post
MARTINUM BUCERUM præcipuum præ-
ambulonem habemus, sed *πρότερον ἀντιθέσιον*
ἔργον, JOHANNEM MELCHIORIS, The-
olo.

ologum Celeberrimum, & longiori vitæ curriculum dignissimum, qui Opp. Latinorum Tomo I. pag. 751. 752. in præmio Exercitationis de adventu Christi in carnem ad Daniel. IX. brevibus, sed ut nobis videtur, solide hanc hypothesin adstruxit. Ejus vestigiis paulisper inhærere adlubescit, præsertim cum receptior sententia defensores novum & gravem C. A. HEUMANNUM nacta sit, in dissertatione, qua Bibliothecam nostram ornare voluit. Nullus contradicendi pruritus, sed solum veritatis studium, hanc opellam nobis elicuit. Specimen simul hoc pacto nostrorum conatum in Evangelium Johannis orbi erudito communicare volumus, si qua Virorum Doctorum in nostro proposito divinum Evangelistam commentario illustrandi adjuvando studia prolicere detur. Cæterum ipsi Eruditissimo HEUMANNO iudicium causæ permittimus, rogantes, ut sicubi cespitemus, nos, qua pollet doctrina & humanitate, moneat, & in orbitam reducat.

§. 3. Hucusque igitur censemus, illam, cui inhærescimus, sententiam ex amussim *Tum* cum genuino phraseos significato, *Tum* cum re ipsa, *Tum* cum nexu, *Tum* denique cum scopo dictionis convenire; in contraria vero opinione circa hæc puncta haut parum difficultatis residuum esse; denique, quæ ab aliis & cum primis Cel. Markio objecta sunt, nullius esse ponderis,

§ 4. Ut liquecat, quantopere PHRASE-OS PROPRIETAS nobis faveat, præmonendum est, nos ne utiquam adfurgere posse Celeberrimo COCCEJO, qui ad verba, ΚΑΙ ΕΙΔΕ notat: *Potest id duobus modis explicari, 1. & vidit diem meum, 2. & vidit me.* Duplicem hanc ellipseos supplendæ rationem non alio fine ab eo excogitatam facile perspicimus, quam quia communem sententiam nolebat penitus relinquere. Cum tamen cum illa difficulter consistere posse suboleret *visionem diei Christi*, aliud ellipseos supplementum in suppetias vocavit. Quod tamen a simplicitate literæ quantum abhorreat, iis fere, qui nondum ære lavantur, patescit. *Vidit* sane id Abrahamus, quod *videre desideravit*. Cum autem desiderium ejus ferretur in Christi DIEM, nihil aliud, quam hanc, illum quoque actu *vidisse* constat.

§. 5. Et DIEM quidem tum pro *natali*, tum pro *tempore* generatim poni, doctissimus HELLMANNUS satis perspicue probavit. Istud vero pro nobis militare quam maxime putamus. Si enim hi significatus *diei* tribui debent, quid inde aliud colligeres, quam neminem alicujus *diem videre* posse, nisi qui aut tempus vitæ ejus, aut saltem diem natalitium vivendo attingit?

§. 6. Fortius stringemus, quando perpendemus, quid Scriptura per DIES MESSIÆ soleat intelligere. In Scriptis V. T. sæpenu-
mero

mero mentio fit *diei Jehovæ*, sed diverso sensu. Plerumque designatur hac phrasi manifestatio Domini ad iudicium aliquod illustre & notabile, tam in V. quam in N. T. educendum. Exempla sunt Jes. XIII. 6. 9. 13. Ezech. XXX. 3. Zeph. I. 7. Sigillatim in Judæos post adventum Domini Joël II. 31. Mal. IV. 5. & in Anti-Christum Jes. II. 12. Apoc. XVI. 14. Magis signate tale tempus dicitur *dies vindictæ Dei* Jes. LXI. 2. *יְהוָה אֱלֹהֵינוּ דִּיּוּם הַיּוֹם הַזֶּה* *dies iræ ejus* Ps. CX. 5. Apoc. VI. 17. &c. Unde & Paulus phrasin mutuatus est, quando diem ultimi iudicii, tanquam præcedentium iudiciorum antitypum, nominat τὴν ἡμέραν τοῦ χριστοῦ, *diem Christi* 2. Thess. II. 2. Nec tamen hæc notio hic quadrat, cum ultimus Christi adventus longius abesset, & iudicia semini suo imminentia nullam Abrahamo latitiæ materiem suppeditare possent.

§. 7. Sensu ergo jucundiori **DIES MESSIAE** est τὸ πλῆρωμα τῆς καρπῆς, seu tempus illud, quo salus mundi per Christum, tanquam unicum Sospitorem, actu sistebatur: ita tamen, ut interdum latius, interdum strictius sumatur. In omni latitudine designat totam Oeconomiam N. T. a prima *Ἐπιφανεῖα* in carne ad postremam, in iudicio extremo, decurrentem. Hoc tempus dicitur *dies sponsaliorum Salomonis* & *dies latitiæ cordis ejus* Cant. III. 11. & *κυρίας* dies Rom. XIII. 12. 2. Petr. I. 19. tanquam tempus tenebricosæ œconomix legis

op-

oppositum, & luce Solis justitiæ illustratum. Ipsi id aliquatenus agnoscunt Judæorum Magistri, quando **יום הבא** *diem* nuncupari affirmant. Adduxit loca **CARTWRIGTUS** Mellif. Hebr. lib. III. c. 1. Confer **HOTTINGERUM** Excerpt. Gemar. p. 35. Cumque tempus hoc varios habeat articulos, in plurali *dierum Messie* mentio fit Jer. XXIII. 6. Et ex nexu patet, per hos dies totum tempus gratiosæ manifestationis & regni Messie intelligi. Unde vulgatum apud Rabbinos, loqui de **ימות המשיח**. Meretur in hanc rem conferri **TH. DASSOVII** dissertatio ad l. c. quæ Volumini primo Thesauri Theologico-Philologici inserta est.

§. 8. Frequentius tamen illa periodus, quæ dierum Messie exordium est, & tanquam prima dies in ordine considerari potest, quæque a nativitate ejus ad excidium usque Hierosolymitanum se extendit, in singulari emphasi ut **DIES DOMINI** a Prophetis inducitur, *Hic est dies, quem fecit Jehova* Ps. CXVIII. 24. *Tempus gratiæ & dies salutis* Jes. XLIX. 8. *Dies ænus, quo pravitas terre abstergenda* Zach. III. 9. Addo Malach. III. 17. **והיו לי אמר יהוה צבאות ליום אשר אני עשה סגלה**. Quidam verunt: *Et erunt mihi, inquit Jehova Zebaoth, in illo die, quem ego facio, peculium.* Alii tamen malunt ita reddere: *Imo erunt mei, in illo die, quo facio peculium.* Quibus etiam accentuatio & simplicitas phraseos magis favere videtur. **Quic-**

Quicquid sit, diem hic manifestationis Domini intelligi, secundum utramque versionem patet, eo magis, quia hæc illa ipsa *dies* est, *quatimentibus nomen Jehovah Sol justitiæ exorturus erat* v. 20. Hanc præcise periodum Spiritus Sanctus **דו"ך** *Hodie* appellat Ps. XCV. 7. Et ratio non una dari potest, cur signanter hoc temporis intervallum tanquam **DIES DOMINI** consideretur. Nam hic vere natalis, tum Christi, tum corporis ejus mystici, totius Ecclesiæ, erat, quia illa potissimum tempestate opus salutis consummatum, gloria Dei & Filii ejus manifestata, regnumque Messiaë fundatum & certis gradibus Lux omnes homines illuminans orta est. Quare quotquot illustres & feriati erant ab origine mundi, ac præcipue in cultu Levitico, dies, singulari modo *huic diei* præludebant. Præcipue hac periodo circumscribatur tempus gratiæ Judæis ad conversionem indultum, quo exspirante longa *nox* judiciorum eos manebat.

§. 9. Quidni ergo censeamus ad hanc locutionem prophetica, & Judæis non ignotam, Jesum in textu nostro alludere? Quod & alias fecit, quando tempus suæ manifestationis *diem* appellavit, eamque a secuta mox *nocte* judicii in Judæos distinxit Joh. IX. 4. 5. XI. 9. 10. Adde Luc. XIX. 42. Concessit hoc *Cyrillus Alexandrinus*, ad nostrum locum scribens: *Ἡμέραν λέγει τὸν Ἰησοῦ ἐπιδημίας ἡμερῶν, αὐτῆς ἢ ἡμέρας, ἣν ἐπέλησεν*

ὁ Κύριος &c. Diem vocat tempus adventus sui; de quo Psalmista : Hæc dies, inquit, quam fecit Dominus. &c. Hoc autem si evicimus, diem Messiaæ videre Abrahamus, antequam illa illuxisset actu, id est, antequam Christus in carnem venisset, non potuit.

§ 10. Clarius id patebit, quando perpetuus usus phraseos, **VIDERE DIEM**, aut **VIDERE DIEM ALICUJUS**, tam apud sacros quam apud profanos authores expendetur. Constante enim illa apud utrosque designat, certum aliquod tempus vivendo attingere. Sic idēiv ἡμέρας ἀγαθὰς 1. Petr. III. 10. includit, ut vita ad possessionem & fruitionem bonorum dierum se extendat. Et ante alia loca hic conferri meretur Luc. XVII. 22. Ελέυσονταὶ ἡμέραι, ὅτε Ἰησοῦς εἰσελεύσεται μίαν τῶν ἡμερῶν τῆς υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ΙΔΕΙΝ, καὶ σὺν ὀφείθε. i. Venient dies, quando desiderabitis unam ex DIEBUS Filii hominis **VIDERE**, & non **VIDEBITIS**. A plerisque hic per dies Filii hominis intelliguntur tempora elapsa & amabilis ejus in carne præsentia, sive, ut mavult *Lightsfootus*, læta regni ejus initia, aut, quod *Hammondus* præfert, tempus gratiæ in diebus carnis Christi Judæis concessum: quasi Salvator hæc non de discipulis, quos tamen præcise alloquebatur, sed de Judæis diceret. In universum omnes præteritum aliquod tempus indigitari existimant. Et si cui trita hæc via placeat, ille facile deprehendet, eundem, quem defendimus sensum phrasi, de qua agimus,

mus, hic assignandum esse. Quid enim tum erit, *non videre diem Filii hominis*, quam voto suo tanquam impossibili frustrari, & talem diem non iterum vivere, quia tempus semel elapsum revocari nequit?

§. II. Fateor tamen in alia me heic esse hæresi: tum quia elapsos dies, ut referantur, optare, aut pœnitentis est, aut imprudenter precantis talia, quæ fieri nequeunt: tum quia a me impetrare nequeo, ut aliud quid hic per **DIES FILII HOMINIS** intelligam, quam quod in toto nexu prophetiæ vs. 24. 26. 30. Multi per *diem* illam intelligunt tempus iudicii in Judæos. Sed liceat mihi hic aliquid supponere, quod certissimum esse mihi persua- deo, quamvis a Viris doctrina præstantibus disputetur, & quod si demonstrare suscipere- mus, nimis in avium nos abriperet; nempe sermonem Christi a vs. 22. usque ad finem non respicere ad tempus iudicii in Judæos, sed ad tempus gloriosi regni Christi per iudicia de hostibus & præcipue de Antichristo sumen- da aperiendi. Quæ hypothesis vel per ipsum nostrum comma stabilitur, quia de tali *die* agitur, quam discipuli *non* debebant *videre*, seu vivendo attingere; id quod de *παινολητεια* Judæorum dici nequit, tum quia desiderium iudicii tam tremendi a mansuetudine discipu- lorum Christi quam maxime fuisset alienum, tum quia, quando Hierosolymæ excindeban- tur, nondum omnes discipuli Christi vita ex-

cesserant. Hoc autem admissio **DIES FILII HOMINIS** hic sunt tempus futurum gloriosa ejus manifestationi destinatum, & **EOS NON VIDERE** nihil aliud est, quam vivendo eos non attingere. In tantum ergo verborum horum sensus cum nostro loco iterum convenit.

§. 12. Nequeo autem a Luca discedere, antequam loco huic, quem Interpretes in obscuro jacere permisere, aliquantillum lucis accenderim. Singulare est, quod hic de **UNA DIERUM** Christi sermo fiat. Cur dies Christo in plurali tribuantur, jam monitum est. Sed quænam illa *una* præ cæteris, quam videre discipuli Christi desiderant? Emphaticum hoc procul dubio est. Et *unus* sæpe idem designat, quod *præstans* & *præcipuus*. Sic Luc. X. 42. *unum* necesse est præcipuum & summum bonum. Et Job. XXXIII. 23, Eccles. VII. 28. *unus ex mille* est inter eos præstantissimus. Confer **FESSELIUM** Advers. Sacr. lib. X. c. 2. §. 30. seq. nec non **WALCHIUM** ad Lactant. lib. V. p. m. 591. qui eandem phrasin variis locis ex prophanis authoribus illustrant. Addo iis **LUCIANUM** in navigantibus: *Κατὰ τὸν Ἑλλήνων νόμον ἄρξω, Ἐἰς ἑσπέρην ὀνομαζόμενος: Iuxta Græcorum legem imperabo, Ἐἰς ἕνους (præcipuus) Imperator nominabor.* Eodem modo **PROPERTIUS** lib. II, Eleg. 3.

Gloria Romanis UNA es tu nota puellis

Romana accumbes prima puella Jovi.

OVIDIUS de remed. Amor. lib. II:

Sed vobis facile est, verba & componere frau-
des.

Hoc UNUM didicit femina semper opus.

LIVIUS lib. XXIV. UNICUS spectator cæli &
siderum Archimedes.

Et sic per unam dierum Messie intelligi pos-
set illa regni ejus periodus, quæ omnium
erit præstantissima & gloriosissima, *dies sine*
nocte Apoc. XXI. 25. XXII. 5. *dies unus, in cu-*
jus vespera lux Zach. XIV. 7. 8.

§. 13. Posset quoque particula MIA, ex consueto
apud scriptores N. T. Hebraismo, hic verti *Prima*
dierum: prorsus sicut יָמֵי הַבְּרִיאָה Gen. I. 5. de-
signat primam diem Creationis. Inter mul-
tos, qui hunc dictionis modum illustrarunt,
conferantur FESSELIUS l. cit. §. 25. seq.
VORSTIUS de Hebraismis N. T. lib. I. c. 2.
§. 44. seq. Negari enim nequit, ultimam
illam regni Messie gloriæ, quamvis pars sit
dierum Messie & Oeconomie N. T. tam exi-
miam fore, ut quasi novam quandam Oeco-
nomiam sit constitutura, in qua novus ab
integro seculorum & dierum nascetur ordo.
Unde pingitur ut *nova quædam creatio my-*
stica Jes. LXV. 17. *ubi vetera præteriere, &*
omnia nova futura Apoc. XXI. 4. 5. Hi
sunt $\text{καὶ οἱ ἀναψύξεως} \ \& \ \text{καὶ οἱ ἀπαλλαγῆσθαι}$
 καίλων Actor. III. 19. 21. ἡμέραι τῆς φωνῆς

τῆ ἐβδόμῃ ἀγγέλλει Apoc. X. 7. in quibus
 mysterium Dei consummandum. Atque
 ita *ante diem* Christi esset exordium glorio-
 si regni in fine mundi & Ecclesie erigendi.
 Hoc prædicat discipulis suis Christus, illos
videre, dum in vita supererant, *desideratu-*
ros, nec tamen voti sui compotes futuros.
 Quod ut eo clarius iis demonstraret, statim
 addit variarum afflictionum catalogum, quæ
 regni hujus plenariam manifestationem ad-
 huc antegressuræ erant. Quam tempestive
 autem hanc opinionem de consummationis
 seculi propinquitate eruere e discipulorum
 animis optimus Magister tentaverit, inde
 conspicuum est, quia illa altissimas in A-
 postolorum, quin & primæ Ecclesie fide-
 lium mentibus radices egerat. Inspiciantur
 loca Act. I. 6, Luc. XXIV. 21. 2. Petr. III. 4.
 2. Thess. II. 1. 2. &c. Adde DODVVEL-
 LUM dissert. Cyprian. VII. §. 21. seq.

§. 14. Quam frequens vero phraseos,
 quam tractamus, usus in eodem sensu oc-
 currat apud Græcos æque ac Latinos autho-
 res, abunde exemplis docuere LAMB. BOS
 Exercit. in N. T. p. 63. & GEORG. RA-
 PHELIUS Annot. Philolog. in N. T. ex Po-
 lybio & Arriano p. 280. 281. Et in locis ab
 iis adductis id quam maxime ad causam
 præsentem facit, quod plerique phrasin no-
 stram usurpent de tempore lato, cujus ap-
 propinquatio & præsentia exoptatissima est.
 Sic CICERO ad famil. lib. XIV. ep. 1. med:

Sperat posse fier, ut mecum in Italiam idcedat,
quem ego diem, si videro, & si in vestrum com-
plexum venero, ac si & vos & meipsum recupe-
raro: satis magnum mihi fructum videbor perce-
pisse & vestra pietatis & mea. Et ARISTO-
PHANES εἰρήνη v. 345.

Εἰ γὰρ μοι γένοιτ' ἰδεῖν ταύτην τὴν ἡμέραν πο-
τεῖ. O mihi si detur illam olim videre diem!
Nec tamen id perpetuum esse, adducta loca
ex SOPHOCLE a CI. BOSIO docent.
Mitto jam VIDERE DIEM idem aliquan-
do esse, quod vivere. Ita OVIDIUS Trist.
Lib. V. Eleg. 4.

Sive diem videat, sive tegatur humo.

Magis ad rem est locus SENECAE Consol.
ad Marciam c. 26. ubi, quando innumerabiles
dies, quos cœlites vivendo transigunt, descri-
bit, ait: Tot secula, tot aetatum contextum &
seriem, quicquid annorum est, licet visere.

§. 15. Sufficere hæc possunt, ut evincatur,
proprietas phraseos nostræ hypothesei
quam maxime favere. De RE IPSA jam di-
spiciendum est. Statuimus ergo, quamvis
Abrahami ætas, dum in terris superesset,
quam longissime a diebus Messia abesset,
illius animam tamen in cœlis perfectissima
vitæ possessione tum temporis, cum Christus
in terris appareret, gavissam fuisse in cœlis:
quin & de manifestatione Christi in carne A-
brahamo tum temporis cum expectata dies ade-
rat, ut cum VIRGILIO Æn. V. loquar, re-

velationem divinam esse factam, quæ gaudii de imminente jam consummatione spei suæ & totius populi Dei vera origo fuit.

§. 16. In priori theseos nostræ articulo non opus est operose versari, cum a Theologis nostris, elenchum contra Pontificios & Anabaptistas de animarum post vitam statu scribentibus, abunde evictum sit, Patres quoque ante Christum gloriæ cœlestis statim, ex quo vita excessere, participes esse redditos. Nec tamen hic silentio plane prætereundum erat, quod Abrahamo sigillatim Salvator hoc testimonium dederit, dicens, illum, æque ac Isaacum & Jacobum, in spe futuræ resurrectionis *DEO vivere* Luc. XX. 38.

§. 17. Quod vero attinet revelationem de *ἐπιφανεῖα* Christi Abrahamo in cœlis divinitus exhibitam, cum nihil absurdi in se contineat, etiam si alia argumenta non suppeterent, ex solo nostro loco illa adstrui posset, quia a simplicitate literæ, quam nos abunde illustrasse censemus, temere non est recedendum. Nec opus est, ut hic in Philosophorum tricis de animarum a corporibus sejunctarum actuositate & percipiendi modo hæreamus. Actuositatem mentes rationales nisi cum ipsa essentia non exuunt. Et certissimum est, easdem tum præteritarum rerum memoriam conservare, tum præcipue luce divina in intellectu suo propius illustrari, quia alias neque beatitudo

iis adscribi statim post funera, neque laus ab iis DEo tribui posset.

§. 18. Accedunt multa scripturæ sacræ loca, quibus aperte declaratur, misso in terram Christo, opusque salutis consummante, & post passionem in gloriam revertente, noluisse Deum beatos cœlites latere, quid rei gereretur, Mittimus jam argumentum ab angelis desumptum, qui comites Christi a nativitate ejus sive a descensu e cœlo usque ad postremum adscensum, quo cœlestem Patris domum repetiit, fuere; unde firmiter concludi potest, animas beatorum, ad quas Salvator mundi longe propius spectabat, multo minus otiosas fuisse. Neque moramur Mosen & Eliam in monte cum Christo de exitu ejus colloquentes, Forte enim aliquis objiceret, horum animas cum corpore fuisse conjunctas, & aliam earum possessionem esse, quæ a corporibus hæctenus divulsa sunt. His præsidii opus non habemus, cum utriusque Testamenti paginae satis pro animabus separatis adventus Christi consciiis causam perorent.

§. 19. Obscuriora sunt, quæ in V. T. deprehendimus, vestigia, nec tamen nulla. Huc refero post alios Dan. IX. 24. promissam cum adductione justitiæ æternæ *unctionem sancti sanctorum*. Certum est hic alludi ad tabernaculum. Illud generatim ita dicebatur Num. IV. 4. 19. Præcipue tamen adytum Exod. XXVI. 33. 34. 1. Reg. VI. 16. VII. 50. VIII. 6. 1. Chron.

VI. 49. 2. Chron. III. 8. 10. IV. 22. V. 7.
 Ezech. XLI. 4. Nec dubito, quæcunque alia,
 קדש קדש *sancta sanctorum* appellari solent,
 ex nexu singulari, quem cum adyto habebant,
 hoc nominis sortita esse. Jam vero non tantum
 tabernaculum generatim, sed etiam adytum,
 & ad id spectans arca fœderis, unctio per
 oleum sanctum initiabantur Exod. XXX. 26.
 XL. 9. Hæc ergo mens est hujus vaticinii, in
 diebus Mesfiæ impletum iri, quicquid unctio
 sanctuarii præfiguravit. Cum vero San-
 ctuarium non tantum Christum, sed etiam
 Ecclesiam, nec solum militantem, sed simul
 triumphantem adumbraverit, & hanc quidem
 præcise illa parte, quæ ἀπλῶς *Sanctum sanctorum*
 dicebatur; unctio quoque ejus necessario inclu-
 dit, quod ipsa Ecclesia triumphans in consum-
 matione Ducis salutis donis Spiritus sancti,
 cognitione evidentiori, lætitia, celebratione
 Dei implenda sit. Hoc autem fieri nequibat,
 nisi revelatum tantum opus beatis cœlitibus
 fuisset. Eodem facit typus Cherubinorum in
 propitiatorio. Ab aliis locis, quos alii adduxere
 Pf. XXIV. 7. XLVII. 6. Jes. XXIX. 23. Mal. IV.
 6. tanquam minus perspicuis, lubens desisto.
 Nihil tamen absurdi in eo contineri existimo,
 si, præsertim in postremo loco, per *conversionem*
cordis patrum ad filios simul involvatur arctissi-
 mus amoris inter Patres promissionis & filios
 genuinos in Christum credentes nexus, in
 cœlis

cælis consummandus, quod sine eadem, quam defendimus, revelatione fieri nequibat.

§. 20. Sed uberior in N. T. messis est. Ne nimis longi simus, loca, quæ huc referri potissimum censemus, levi tantum digito tangimus. *Gloria in excelsis Deo* Luc. II. 14. statim a nativitate non tantum per Angelos, sed etiam Spiritus justorum ferenda erat. Illi enim juxta cum Angelis excelsa cæli palatia habitabant. Porro *in nomine Jesu omne genu se flectere debebat* non tantum *super cælestium & terrestrium*, sed & *eorum, qui sub terra sunt*, Phil. II. 10. id est, quorum corpora in pulvere dormiunt, quique consequenter non oculis corporeis, sed ex speciali aliqua revelatione, personam Jesu cognoscere debebant. Quo sensu quoque *vivorum æque ac mortuorum Dominus* dicitur Rom. XIV. 9. Similiter *omnis creatura, quæ est in cælo & in terra & sub terra, & in mari quæ sunt, & quæ in illis sunt, omnia in laudes Patris & agni conspirant.* Apoc. V. 13. Adde, XXIV. Seniores ex duplici duodenario constantes in Apocalypsi exprimere universitatem Ecclesiæ tam V. T. patriarchas duodecim, quam N. T. totidem Apostolos pro radice agnoscentis. Quando igitur hi unum chorum constituunt, accinentem agno: *Dignus es accipere librum & aperire sigilla ejus: quia mactatus es, & emisti Deo nos in sanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & populo, & gente* Apoc. V. 9. negari nequit, presbyteris Ecclesiæ V. T. dimidiam partem hujus cho-

ri constituantibus æque clare ac presbyteris N. T. constituisse de mactatione agni & vi obedientiæ ejus. Ubi notari meretur, quod nescio, an ab aliis factum sit, alternativa verborum; *ex omnibus & lingua & populo & gente*, ad presbyteros V. & N. relatio. Illi enim emti erant *ex omnibus*, hi *ex omni lingua*; illi *ex populo*, hi *ex gente*. Adjungi possunt loca arctam communionem inter Ecclesiam militantem & triumphantem in oeconomia N. T. docentia, *Apertum* Jesu, tanquam scalæ Jacobæ antitypo, in publicum prodeunte, *cælum* Joh. I. 51. non tantum fidelibus in cœlestia palatia suspicientibus, sed etiam cœlitibus despicientibus velum scissum esse declarat. Et quando *Hierosolyma, que sursum est, mater omnium nostrum* appellatur Gal. IV. 26. quis cogitare aufit, matri huic liberos suos ignotos esse? Secure quoque huc refero Ephes. I. 10. Col. I. 20. & præcipue Hebr. XII. 23. ubi Apostolus asserit nos *accessisse ad panegyrim & ecclesiam primogenitorum, qui in cœlis conscripti sunt, & judicem Deum omnium, & spiritus justorum consummatorum*, quos spiritualis hæc communio non magis, quam nos, latere potest, nisi statum cœlitum, saltem quoad cognitionem, nostro multo imperfectiorem statuamus. Et cum alia quoque fata Ecclesiæ in terris cœlites non latere ex Apoc. VI. 9-11. rite concludatur, quis affirmaverit, operis illius, cujus eorum quam maxime

intererat, in terra consummati, eos penitus ignaros mansisse?

§ 21. Abrahamum saltem ante alios factorum Ecclesiæ in terris inscitia non laborasse ex loco non uno colligi potest. Quando *Patribus* & præcipue *Abrahamo* Deus missione Filii in carnem *misericordiam fecisse* dicitur Luc. I. 22. 73. non credibile est, nullam hujus beneficii notitiam ad Abrahamum pervenisse. Colloquium *Abrahami* cum *epulone* post Lazarum in *sinum* suum receptum Luc. XVI. 22. seq. quamvis sit mere parabolicum, ex natura tamen parabolarum, quibus Salvator noster usus est, quæque semper substructum habent sensum literalem commodum, & cum rebus illis, quæ ad allegoriam transferuntur, convenientem, commercium ejus quaecumque cum femine suo supponit. Et Hebr. VI. 12. 13. Abrahamus, ut caput eorum inducitur, qui *per fidem & longanimitatem hereditant promissiones*. Quin & duriuscule censerem Abrahamum vocari *heredem mundi* Rom. IV. 13. si nullam occupatæ hujus hereditatis conscientiam habuisset. Quare non adeo longe a scopo aberrasse Judæos existimo, quando & alias Abrahamo promissionum illi datarum implementum innotuisse affirmant. LIGTFOOTUS excerpfit locum huc facientem ad Luc. XVI. 24. ex GEMARA BERACHOT fol. 18. 2: Dicit R. Samuel bar. Nachman, dicit R. Jonathan,

iban, unde adstruitur, quod mortui inter se collo-
quuntur. Ex hoc, quod dicitur, & dixit ei Dominus,
hæc est terra, de qua juravi Abrahamo, Isaaco & Ja-
cobo יְמִינֵי dicendo Deut. XXXIV. 4. Quid sibi
vult יְמִינֵי? Dicit Sanctus Benedictus Mosi: ito
& dic Abrahamo, Isaaco & Jacobo, juramentum,
quod antehac juravi vobis, præstiti filiis vestris.
Sed quia hæc & similia nimis sapiunt acumen
Judaicum, missis illis pedem promovemus.

§. 22. Quoad NEXUM cum antecedentibus
& consequentibus sequentia notari merentur.
Proxime præcedit, quod Abrahamus *gestiverit*,
ut videret diem Messie. Unde liquidissimum
est, gaudium aliquod fidei plenæ & exultantis
præcessisse, antequam Abrahamus *diem Messie*
adū videret. Quin genuinus particula INA
significatus indigitat, lætitiā hanc fidei A-
brahami, quæ perfectionis & roboris ejus indi-
cium erat, tanquam medium considerari debe-
re, quo tanti boni, quantum erat *visio diei*
Messie, compos factus est. Unde autem tan-
ta πληροφωρία fidei orta est, quæ etiam in læti-
tiam se effundere poterat ob bonum promif-
sum? Annon ex promissis de Semine bene-
dicto a Deo immediate apparente Abrahamo
datis? Si hæc promissa unica causa fuere læti-
tix cum desiderio conjunctæ, necessario sequi-
tur, ipsam *visionem diei Messie* bonum ab his ap-
paritionibus & promissionibus diversum, &
post eas sequens involvere.

§. 23. Quod si quis objiciendum putaret, apparitiones priores Abrahamo exhibitas, hunc *diem* promississe, atque hoc promisso *gaudium* excitasse, posteriores vero eum in visione exhibuisse, illi varia opponi possent. (1) Nusquam constat, talem diei Messiae in symbolo, typove exhibitionem antea promissam diferte esse, quod tamen necesse erat, ut tantum gaudium inde nasceretur. (2) Fas est, ut ab iis, qui in quadam visione, qualicunque, Abrahamum in terris agentem hujus promissi compotem factum statuunt, alterutrum admittatur, aut illam apparitionem ab iis, quas Scriptura memorat, diversam, quin & illis excellentiorem longe esse, aut ex earum esse numero. Prius praeferrent illi, quibus Cl. HEUMANNUS pollicem pressit, sed non sine insigni difficultate. Revelationes enim Abrahamo factae, quarum memoriam Deus per Mosen conservavit, per se tam excellentes fuere, ut nullis, quibus alii sancti unquam potiti sunt, postponi queant. Nec concipere possumus, clariorum & digniorum aut sortem humanam aut genium Ecclesiae illius aevi capacem fuisse. Et quis ausit sibi persuadere Spiritum Sanctum inter tot excellentes revelationes Abrahamo concessas, quas tanto studio narrat, excellentissimam omnium praeterire voluisse? Eligatur igitur posterius. Sed tum demonstratur, quanam sint tantae revelationum ultimarum praeter primis prae-rogas

gativæ, ut primarum quasi implementum fuerint, & ut earum spes atque desiderium tantam *letitiam* potuerit in Viro, qui familiarissimo cum Deo consortio adfuetus jam erat, excitare. JOSUA sane PLACÆUS Ecclesiæ nostræ in Gallia, dum ibi florebat, infigne ornamentum Opp. Tom. II. Part. I. Disput. X. locum nostrum contra Socinianos ex professo defendens §. 9. vim nostræ ratiocinationis agnovit, inter alia scribens: *Fuit igitur duplex in Abrahamo dei Christi cognitio; una antecessit & excitavit desiderium; altera sequuta est, & explevit. Illa visio quedam prophetica fuit, hæc ab illa diversa & proinde realis &c.* Sed eo magis subit mirari, quod Vir ille sagacissimus in recepto sensu potuerit acquiescere, & cum aliis in historia visi Abrahamo Gen. XVIII. exhibiti subsistere. Quid enim? An illa visio erat realis, quæ tantum typica? Aut annon alias typicas æque excellentes in futuræ incarnationis Christi præludium jam ante Abrahamus habuerat? Qui Melchisedecum pro Christo ipso habent, quibus ego me accedere profiteor, in ejus historia apparitionem Christi æque illustrem habent. Aut cur minus illustres fuere illæ, quæ c. XV. & XVII. memorantur? Ut sileam, quam incommode hæc apparitio sitim Abrahami dicatur *explevisse*; quæ eam multo magis accendit. (3) Emphasis quoque verbi *ἀγαλλίασθαι* bene perpendenda est, quod non commune gaudium, sed

hic statuere fas est, non inveniet. Nihil postea novarum promissionum accessit. Quin priscæ quoque non evidentius exhibitæ, sed tantum repetitæ & confirmatæ sunt. Cur igitur præcedentes apparitiones non æque potuissent *dies Messiaë* dici, quam consequentes?

§. 25. Porro Salvator noster non sine causâ addit effectum, quod *visio diei sue* in Abrahamo habuit: ΚΑΙ ΕΧΑΡΗ. Ubi patulas gerimus monito Cel. MARCKII aures, *illud intelligi adeo consummatissimum, ut nihil amplius voveret Abraham, velut directe ad cælum nos cogat, ante probationem non esse supponendum.* Probatio autem hæc nobis in promptu est, quia ex nexu constat, τὸ χαίρειν hic ad minimum denotare majorem in Abrahamo gradum lætitiæ, quam quæ per ἀγαλλιᾶν designatur. Cum vero jam adstruxerimus, ἀγαλλιᾶν summam lætitiæ, cujus fides in terris & præcipue tempore Abrahami capax esse poterat, expressisse, jure id postulamus, ut majorem lætitiæ gradum in Abrahamo per χαίρειν indicari credatur, qui cum in terris ostendi nequeat, certe *directe ad cælum nos cogit.*

§. 26. Nec adeo absurdum est, quod additum a quibusdam, Judæos phrasin nostram eodem sensu accepisse, quando regerunt vs. 57: Πεντήκοντα ἔτη ὄψω ἔχεις, καὶ Ἀβραὰμ ἐώρεσθαι. Constat ex hoc responso, Judæis, *diem alicujus videre, tantundem esse ac eodem*

eodem simul tempore vitali aura frui, qui idem sensus est, quem defendimus. Fateor satis malitiæ adfuisse Judæis, ut in alienum sensum verba Christi detorquerent. Sed tali detorsione hic non opus erat. Si enim illo quoque sensu verba Christi intellexissent, contra quem disputamus, eadem contra Jesum vitilitigandi iis subnata esset occasio. Nulla ergo alia ex causa hæc responsio profluxit, quam quia verba Christi natura sua nihil aliud, quam talem Synchronismum insinuabant.

§. 27. Quin & de SCOPO sermonis Jesu nobis favente securi sumus. Judæi eum accusaverant intolerantæ arrogantæ vs. 52. 53. quod se non tantum prophetis, sed ipso Abrahamo suæ stirpis tam illustri Authori, prætulerit, dicens: *Εάν τις τὸν λόγον τὸν ἐμὸν ἰηγήσῃ, θαυμάσιον ἔσται θεωρήσῃ αὐτὸν τὸν αἰῶνα.* His ita respondet supremus Doctor, ut primo generatim omne vanæ gloriæ aucupium a se quam longissime abesse demonstrat vs. 54. 55. dein speciatim nostro commate probet, quanto Abrahamo major sit, idque in illa ipsa promissione, de qua disputabatur, scilicet, *mortem non visuros, qui sermonem suum servabant.* Hæc prærogativa non poterat melius adstrui, quam si Jesus probaret, se esse ipsius Abrahami Servatorem. Id quod duobus argumentis inter se arctè nexis demonstrat, primo quod pro perfecto Redemptore & benedictionis Authore ab A-
 K k bra-

brahamo agnitus sit, qui fidem & spem suam omnem lætus atque securus in expectatione diei adventus ejus reposuerit: *deinceps* quod Abrahamus non vana spe se lætaverit, sed voti sui compos factus sit, manifestationem hujus illustris Seminis sui resciscens atque ea de causa omnibus jam lætitiis incesserit, cujus vestigiis, omnes, qui filii ejus esse volunt, insistere decet. Nemo non videt, ultimum argumentum longe fortius stringere, quam prius, & ad rem in his circumstantiis esse accommodatissimum, quod per se sufficit assertioni nostræ roborandæ.

§. 28. Fortius ex *scopo* sermonis Jesu nostra sententia adstruetur, quando perpendimus, Judæos promissionem *de non videnda morte* interpretatos esse, de morte temporali. Id patet ex objectione Judæorum, quod Abrahamus *mortuus sit*. Ita ergo Salvator noster suam præ Abrahamo prærogativam sapientissime adstruit, ut simul verba sua a Judæis in alienum sensum detorta explicet, & doceat, Abrahamum vere secundum Spiritum superesse, & hujus ipsius promissionis participem esse factum.

§. 29. Comparetur jam opposita sententia per easdem argumentorum classes, & ubique aquam hæere deprehendetur. *Primo a simplicitate dictionis* abhorret, quia nullo exemplo evinci potest *diem alicujus vid re tantundem esse*, ac revelationem de futura ejus in
 terris

terris manifestatione habere. *Secundo nec res ipsa* convenit. Vidit Abrahamus oculis fidei, quænam manifestationis Christi ratio futura sit, tum apparitionibus & visionibus prophetiis, tum Isaaci præcipue typo edoctus. Sed non vidit *diem* Christi. Non vidit id, quod desiderium ejus plene satiare poterat. Quare & diserte ab Apostolo inter illos connumeratur, qui κατὰ πίσιν ἀπέανον παύεις, μὴ λαβὼτες τὰς ἐπαγγελίας, ἀλλὰ πρῶτον αὐτὰς ἰδόντες Hebr. XI. 13. 39. *Tertio & nexus* pugnat. Nam qui a nobis dissentiunt, emphasin ἀγαθιάσεως Abrahami enervare necesse habent, & in eodem halitu τὸ ἰδεῖν τὴν ἡμέραν τῆς χεῖρας duplici significatione induunt. Fatentur enim primo loco per *diem Christi* intelligi manifestationem Christi in carne ad consummandum opus salutis, atque id vere objectum desiderii ejus fuisse; & tamen in secundo loco statim *visionem* talem *diei* Christi comminiscuntur, quæ tantum in typo fuit, & qua desiderium Abrahami neutiquam impletum sed multo magis accensum est. Quæ quomodo a contradictione liberari queant, quod pace Virorum doctissimorum & præfiscine dictum volo, non sum tam acutus, ut videam. Sane non sufficit mihi, quod regeritur, Deum votis suorum non omni tempore plene planeque satisfacere, sed illud nonnunquam largiri tantum sapientissime, quod illorum conditioni suæque gloria maxime con-

ducere iudicat, & in quo consequenter illi rationem acquiescendi habent justissimam. Locum id habet in bonis minoris pretii: sed non in summa votorum omnium. Admitti etiam potest, ubi vota sanctorum non secundum voluntatem Dei concepta sunt, & cancellos promissionum divinarum transilierunt. Id vero de Abrahamo in hoc casu nequimus suspicari. Exultatio ejus clarum de boni sibi promissi tenore conceptum supponit. Neque desideria suorum intra metam subsistere patitur optimus Deus, quæ ipse per Spiritum suum suscitavit, quæque laudantur & in exemplum proponuntur. Et quid multis? Quando *iisdem verbis* bonum desideratum & bonum concessum exprimitur in *eadem serie*, uti hic, quis tum ausit asserere, minus concessum esse, quam desideratum erat? Non debuisset hoc sine omni exemplo ex sacris adstrui. Quod *denique scopum* attinet, quis non perspicit, prærogativam Christi præ Abrahamo longe minus in vulgata, quam in nostra hypothese elucescere? Plus sane erat, Abrahamum jam actu in cælis Jesum pro suo Redemptore agnoscere, quam desiderium suum ad ejus manifestationem extendisse. Hoc enim nihil ulterius probabat, quam personam Messæ tam illustrem fore, ut Abrahamus eum jam longe ante tanquam suum Sospitorem proprius cognoscere desideraverit. Prius vero magis signate confirmabat, Jesum ex Maria pro-

gna.

enim redemptio cum hac missione conjuncta Abrahamum ipsum cum reliquis Patriarchis & Prophetis consummavit Hebr. XI. 40. Unde desiderium videndi e cœlis tempus Christi in carnem venientis aliis quoque sanctis in ipsa morte proprium erat. Docet id exemplo suo Jacobus Gen. XLIX. 18. & David 2. Sam. XIII. 5. Et annon propria vineta Vir Clarissimus cædit, dum per diem Christi, quam desideravit Abrahamus, jam § 4. factus est, *Tempus Messie designari, & optime Calvinum dixisse: Dies hoc loco significat tempus regni Christi, ex quo carne indutus mundo apparuit, ut Redemptoris munus impleret. Hæc sane sunt ἀείψαλα.*

§. 31. Alterum telum, quod vibrat, non minus plumbeum est. Notabile enim putat heic esse *Tempus præteritum seu Aoristum, quo eodem in posteriori atque priori membro simpliciter utitur Dominus, ἢ διαψαλα ἢ εἶδε ἢ ἐχάριεν, absque ullo indicio tam longæ sequelæ rei unius post aliam. Nimis sane acute. Totam Grammaticorum catervam heic in consilium voco, an quicquam in tali constructione sit, quod Orbilius metuat? Si tamen exempla desiderentur, sexcentorum instar sit Hebr. I. 1. 2. ἐπ' ἐσχάτων ἰῶν ἡμῶν τῶν ἐσθίων ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν ὕμῳ, ὃν ἔθηκε κληρονόμου πάντων, δι' ᾧ καὶ τὰς αἰῶνας ἐοίησεν. En mea aorista inter se nexa de rebus longissimo intervallo sejunctis. Quod autem additur, *tempus præteritum hic minus commode, quam futurum adhiberi, ob instantem adhuc Christi**

passionem & glorificationem, vel presens obvitam bri-
 sti ad buccum labentem; adeo ut præteritum tempus
 non posset adhiberi, nisi cum respectu ad primum qua-
 sidi hujus dominici initium, quod tamen ad rem
 plane peractam magis omnino ducit; id quoque
 exigui est ponderis. Concessimus supra,
 Diem Messie totam periodum Epiphaniæ
 Christi ab incarnatione usque ad foundationem
 regni ejus includere. Sed inde non sequitur,
 Videre hunc diem, idem esse, ac eum transactum
 & quasi post tergum respicere. Videtur dies,
 statim cum illucescit. Vidit ergo diem Christi
 Abrahamus jam a triginta & quod excedebat,
 annis. Eodem momento cœlitum chorus pro-
 cul omni dubio exsiluit quo Angelus Domini
 clamabat: Ευαγγελίζομαι ὑμῖν χαρὰν με-
 γάλην Luc. I. 10. Fateor, nova gaudia in-
 stabant Sanctissimo Patriarchæ, Jesu in do-
 mum Patris reduce. Sed noluit Salvator ex
 iis, quæ futura erant, præcellentiam suam præ
 Abrahamo adstruere, illiusque habitum Ju-
 dæis in exemplum proponere, cum sufficerent
 præterita.

§. 32. Ultimum locum argumentorum oc-
 cupant dicta duo Matth. XIII. 17. & Luc. X. 24.
 quibus denegatur fidelibus ante Christum mortuis iste
 usus, qui desiderio illorum respondebat, & qui illis
 fuisset non minus quoad præcipuum rei caput tri-
 buendus in cœlis, quam heic Abrahamo, si illud cœ-
 leste & presens Visus genus præ terrestri & præterito
 spectasset Dominus.

cinio fidens ante victoriam cecinit WOLZOGENIUS. Omnis ejus vis eliditur, si distinguatur inter *visionem personæ & visionem diei Christi*. Abrahamus vidit diem Christi, sed nondum *personam*. Neque forte hæc visio ipsi æque ac reliquis cœlitibus corpore destitutis ante resurrectionem continget. Nisi forte statuamus Abrahamum inter illos sanctos fuisse, qui cum resurgente Christo ex sepulchris prodivere Matth. XXVII. 53, Quod tamen, si admitteretur, ut facile posset, nostro ratiocinio non obstaret, quia cum Christus incitatis locis de præterita visione sermonem faceret, adhuc futurum erat. Quare nihil impedit, quo minus Abrahamus inter eos *prophetas & justos* adnumeretur, qui *non viderunt*, quod Apostoli videbant, *personam* nempe Christi in carne manifestatam, oculis corporeis; & quibus tamen jam licuit esse tam felicibus, ut *diem* ejusdem una cum Abrahamo *viderint*, certiores de Christi adventu in mundum redditi. Sic *diem vidisti* Caroli VI, gloriosissimi Imperatoris, licet *personam* ejus coram adspicere tibi forte datum non sit. Cadit ergo hoc quoque præsidium. Sed fortius concidet, ubi perpenderit, Abrahamum secundum illa, quæ supra jam disputavimus, neutiquam inter illos *prophetas & justos* locum sortiri, qui inani spe decepti sunt. Multis sane id evenisse non dubito, qui signa temporum, aut nescientes, aut ad ea minus attenti, putabant præconem

nem *tardare* Habac. II. 3. & ea propter nimis *festinabant* votis contra Jes. XXVIII. 16 putantes posse fieri, ut superstites adhuc Mesiam in carne spectarent. Sed perspicacior sine dubio fides Abrahami post accuratiorem in illa familiari cum Deo consuetudine instructionem fuit. Atque eo minus fas erat, hæc loca nostro parallela facere.

§. 33. Ne quid videar dissimulasse, obiectiunculam Cl. JOS. PLACÆI præterire nolo, cui l. cit. §. 10. *non sit verosimile, Christum ea ad Judæos convincendos, qua est sapientia, de Abrahamo in medium prolaturum fuisse, qua nulla auctoritate S. Scriptura niterentur.* Atque inde ad historiam Gen. XVIII. alludi putat. Sed ubi Scriptura dixit, quod tum *diem Christi videri?* & quod Jesus, de cujus persona disputabatur, ille idem sit, qui Abrahamo cum duobus Angelis apparebat? Liquidum ergo est, si vel illum sensum admittas, Jesum non nisi per consequentiam ex Scriptura ratiocinari, eique magis lucem accendere, quam ex ea petere. Quare in hoc passu pares sumus.

Nullus igitur dubito, a Cl. HEUMANNO me facile veniam impetraturum, quod nondum in castra ejus transiverim. Quod si pro sua eruditione & benevolentia, fortiora in medium afferre illi adlubuerit, docilem & gratum erga *recta* monentes animum in me deprehendet.

V.

EPISTOLA,

Qua

Mendacium (a) nunquam licitum esse
demonstratur,

Opposita

EPISTOLÆ ANONYMI,

Quæ

In Diario Gallico Hagano T. V. part. II.
sect. 2. legitur.

Monsieur,



omme vous avez la bonté de ne
point mépriser mes sentimens
sur plusieurs choses; trouvez
bon que je vous entretienne au-
jour-

(a) Quamquam ea, quæ ad disciplinam morum per-
tinent, minus proprie ad hoc institutum nostrum perti-
nent, hanc tamen diatriben heic inferendam esse duxi-
mus, quod opposita sit, teterrimo vitiorum, MEN-
DACIO, quodque nullam nobis occasionem præter-
mittendam esse judicamus, qua VERITATIS studio,
ac patrocinio nihil esse prius, nihil antiquius, osten-
damus. Neque Latine hæc verimus, quod verere-
mur, ut tam com mode eximii auctoris nobis incogni-
ti sensum exprimere possimus. Vix tamen cuiquam

Jeurd'hui d'une matiere qui me semble estre de
consequence, sur laquelle je serai bien aise d'a-
voir

eruditorum in legendo hac ratione remoram injectum
incredibile. Eo enim res rediit, ut linguæ Gallicæ
usus, quod politici, aulæ regię artibus deberi puto,
inter omnes politiores gentes vigeat, & Gallicè scire
ad **MALA NECESSARIA** pertinet omnino. Quod
nolle a quoquam ita intelligi, ac si laudibus elegan-
tissimæ nationis, ejusque sermonis quidquam detra-
ctum velim; Sed id tantum volo. Ex quo Galli inge-
nitui, quo abundant, monumenta suâ conscribi lin-
guâ in animum induxerunt, reliquas Europæ gentes
ad simile studium inflammârunt. Quarum unaquæque
non cedendum esse Gallis rata ad suam linguam ex-
colendam, scriptisque ad posteritatem seram propa-
gandam, animum serio appulit, quod exempla An-
glorum, Belgarum, Germanorum, Italorum ac nunc
quoque Hispanorum docent adfirm. Atque inde
effectum est, ut, cum majorum nostrorum ætate in
unica lingua Romana expolienda operam suam collo-
carent eruditi, ejusque solius spe cogitationes suas ad
omnes Europæ, qua patet illa, incolas transmitterent,
nunc, cum unusquisque ea, quam cum materno lacte
hausit linguâ, inscribendo utatur, vix ingenii moni-
menta extra limites patriæ efferantur, & tot tibi fere
addiscendæ sint dialecti, quot provinciis Europa di-
stinguitur, si accuratam rei literariæ velis habere
cognitionem. Ita ut nunc tantum temporis vocibus
ac linguis ediscendis dicendum sit, quod in tanto sci-
entiarum augmento longe eximiori cum fructu rebus
ipsis cognoscendis possit impendi. Quod, quanto
cuna detrimento literarum conjunctum sit, quis tam he-
beti ingenio est, ut non intelligat, quis tam infesto lite-
ris animo, ut ei malo non, quantum in se est, mederî
velit? T. d. H.

voir vostre avis. J'ay vû dans le Journal Litteraire de *La Haye* des Mois de Novembre & Decembre 1714. deux choses bien opposées, qui toutes deux cependant meritoient, pour les consequences, la place qu'on leur a donnée. L'une m'a neanmoins edifié & l'autre m'a scandalisé. L'une preche pour la verité contre le mensonge, sçavoir l'extrait de la fin de l'ouvrage de *Mr. Bernard*; & l'autre est la lettre d'un anonyme qui preche pour le mensonge contre la verité en certains cas, & qui pretend que son sentiment peut estre demonsté.

Je vous avouë Mr. que le dessein de demonstrier une chose aussi scandaleuse & aussi éloignée de la verité qu'est celle là, a reveillé toute mon attention, & m'a fait entrer dans le dessein d'examiner cette lettre avec la derniere precision pour lui oster ce titre fastueux; & pour oster au mensonge une Apologie si honorablement qualifiée qui ne lui appartient pas. Comment laisser un tel appui à ce monstre horrible? l'objét de la haine de DIEU & de tous les gens de bien, auquel sans l'appui de cette defense, on ne fait deja que trop la cour. Voyons donc si cette Demonstration pretenduë se soutiendra.

L'auteur dit d'abord fort bien, que pour bien examiner cette matiere, il faut rechercher d'entrée, quel est le fondement de l'obligation qui engage les hommes à dire la verité, & que si nous pouvons nous accorder sur

ce point, nostre dispute sera bien tost terminée. Mais certes c'est justement là que j'attendois le solide, & où je ne le trouve pas à mon avis, vous en jugerez, je m'en vai parcourir les Principes qu'il nous donne & y faire mes Reflexions.

Mais avant cela je pense devoir dire que pour juger droitement de nos obligations & de nos devoirs mutuels les uns envers les autres par la raison & par la nature; nous devons considerer que ces devoirs, où les loix qui les etablissent, ont esté faites expres pour estre données & prescrites à l'homme innocent, lors qu'il estoit encore dans son integrité: & en un mot, à l'homme tel que Dieu l'avoit créé d'abord, & non pas à l'homme corrompu, tel qu'il est devenu par sa faute. Car un abyfme appelle un autre, & un desordre en amene un autre. il peut arriver des cas & des inconveniens depuis le peché qui n'auroient jamais pû arriver avant le peché. Cependant l'obligation naturelle qui estoit avant le peché subsiste, même depuis le peché, le peché ne l'a point abolie.

Il en est de cela comme d'un homme aisé qui se charge de quelques sommes pour mettre son negoce en meilleur estat; il est obligé de les rendre à la volonté des Creanciers. Mais si cet homme vient à se corrompre & à dissiper tout ce qu'il a, il ne peut plus rendre ce qu'il n'a pas; mais pour cela son engagement n'est pas

pas éteinte, il reste toujours dans l'obligation de payer.

S'il en estoit autrement, l'homme n'auroit pû commettre qu'un seul peché, sçavoir le premier, ensuite duquel ayant esté exposé à l'indignation de DIEU & abandonné à soi-même, il s'est corrompu de plus en plus. & par là il est devenu incapable de s'acquitter de son devoir envers DIEU, sans estre néanmoins dechargé de l'obligation à s'en acquitter. Il est dans la servitude de la corruption, mais non pas dans l'exemption de crime par rapport à cette servitude.

Par exemple, il arrive des cas aujourd'hui, ou un homme est forcé indispensablement d'agir, & entre deux pechez, l'un ou l'autre inevitable, de choisir le moindre par consequent: ce qui ne seroit jamais arrivé si l'homme ne fut point tombé dans le peché d'une maniere inexcusable. Cependant en choisissant le moindre entre deux pechez, il ne fait pas une bonne action; c'est toujours un peché qu'il commet, mais qui est moindre que celui qu'il rejette, & cela même est nostre supposition. C'est pourquoi on ne peut pas dire, même en ce cas, qu'il soit legitimement obligé à pécher; il y est porté, mais il n'y est pas obligé legitimement. Et quand il en a agi ainsi, il doit s'en humilier devant DIEU, puisqu'il doit obtenir le pardon de ce peché comme des autres, ou perir à jamais. Mais
cela

cela se vera peut estre mieux cy apres. Voÿons les Principes de la lettre, voicy les deux premiers.

I. *Tous les hommes sont naturellement libres & egaux. Estans egaux, ils ne se doivent rien l'un à l'autre; mais estans libres, ils peuvent prendre des engagements les uns envers les autres; & ils ne se doivent jamais rien qu'en consequence de ces engagements.*

II. *Les hommes sont nez pour la société, c'est à dire, pour vivre ensemble, par consequent, ils ne doivent jamais rompre les engagements qu'ils ont pris, soit expres, soit tacites.*

Voilà deux Principes qui font le fondement de cette pretenduë Demonstration; mais il me paroît que ce fondement est bien ruineux, puis que le second Principe, à mon avis, renverse le premier absolument. Ce second Principe dit, que les hommes sont nez pour la Société &c. ce qui veut dire, que DIEU a crée les hommes pour la société, ou pour vivre ensemble. Si c'est là la destination de leur creation, il s'en suit, qu'il les a creez, avec l'obligation naturelle & reciproce les uns envers les autres, à toutes les choses sans lesquelles la société ne sauroit subsister; ou avec l'obligation naturelle aux choses qui sont telles, que mieux on les observera, plus heureuse & commode sera la Société; & que moins on les pratiquera, & plus difficilement subsistera la Société.

Or

Or si personne ne parle en verité avec son prochain, la Societé ne sauroit subsister; & moins on observera le devoir de dire la verité, & plus difficilement aussi la Societé subsistera-t-elle.

Donc c'est un devoir qui nous est imposé par la nature; ou plustost par DIEU même qui est l'auteur de la nature & de nostre existence; & qui nous a imposé ce devoir, simplement en nous faisant entrer dans la Societé humaine par nostre naissance & non pas par une convention libre. C'est un devoir qui ne depend nullement de nôtre liberté ni de nostre choix. Donc le premier Principe ne sauroit tenir, & il n'est pas veritable que les hommes ne se doivent rien les uns aux autres, que ce qui depend entre eux d'une convention libre & arbitraire.

U Ils se doivent naturellement, necessairement, & par la destination de leur creation, c'est à dire, par la volonté de Dieu qui est leur Legislatteur naturel, de parler toujors en verité les uns avec les autres: ainsi ce devoir est aussi naturel que celui de ne point tuër.

Et si le faux Principe posé par l'auteur estoit bon, les hommes ne se devroient l'un à l'autre ni la charité, ni la justice, ni les assistances mutuelles dans les besoins, ni l'abstinence du meurtre, du vol, ni de la calomnie &c. qu'après qu'ils en seroient convenus ensemble par un engagement volontaire, & ainsi nous ne
feri-

serions plus chargez mutuellement d'aucun devoir naturel les uns envers les autres ; nous ne nous devons jamais rien, dit l'auteur, qu'en consequence d'un tel engagement. Qui est ce qui auroit jamais crû voir avancer un tel paradoxe par un homme sçavant ? Il n'y a donc rien de plus faux que cette proposition.

Nostre egalité generale n'induit donc pas une nullité de devoirs reciproques entre nous ; mais elle induit seulement & etablit tres naturellement l'egalité & la reciprocité mutuelle de tous les devoirs dont nous sommes naturellement chargez les uns envers les autres. Mais suivons.

אבן שתי, five de LAPIDE FUNDAMENTI, cui olim arca fœderis imposta fuit, DISSERTATIO Historico-Philologico-Theologica, in qua non paucis literarum sacrarum locis lux adspergitur. Erfurt. & Lips. 1718. 4. 15. philyræ.



Liberatur tandem a prælo, cui tanquam captiva, nescio qua Bibliopolæ lentitudine, per sesquiannum adhæserat, elegantissima Theologi Celeberrimi, & non a primo tantum adolescentiæ flore studiis ac affectu conjunctissimi, sed jam nunc etiam, optatissimo mihi fidere, laborum & curarum tantum non omnium, vel in ipsa hac Bibliotheca consarcinanda, socii dissertatio. Illa nostra hedera haud indiget, & ut in laudes ejus diffundamur, neque Authoris patitur modestia, neque vel ipsa horum laborum societas. Paucis igitur tantum salivam movere illis, qui hujusce generis cupediis tanguntur, adnitentur.

Quatuor universim capitibus doctissimus absolvitur tractatus. In primo lapidis *nomen, locus, situs, materia, origo, usus* edisseruntur. Al-

Alterum ejus *fata & historiam* ad nostra, quæ vivimus tempora, deducit. Tertium varias, quamvis maximam partem fictas & fabulosas Judæorum de eo *traditiones* sistit. In ultimo vero *mysterium* ejus indagatur. Vix opus est, ut moneamus, styli elegantiam, concinnitatem ordinis, diffusam lectionem, ingeniique & judicii acumen utramque hic, uti & in cæteris Cl. Authoris, qui vix ætatis ver egressus est, monumentis (a) facere paginam.

N n 3

In

(a) Sunt ea sequentia:

Jacobi Ufferii Opuscula de Origine Episcoporum & Metropolitanorum &c. edita sub nomine Dorothei Philomusi, Bremæ 1701. 8.

Dissert. qua inquiritur, num *Christus in institutione sacrae cœnæ vinum adhibuerit aqua temperatum.* Bremæ 1701. 4.

Leichrede bey Beerdigung Hn. Joh. Jac. Schillers / Regierungss. Secretarii, gehalten zu Marburg. 1703. 4.

Dissertatio de magno illo *Propheta*, ad locum Deut. XVIII. 15. opposita *παρεσηνεια* Dav. Huguenini, Apostatae, qui illud oraculum Papæ Romano applicare ausus est. Ibid. 1704. 4.

De felici *literarum sacrarum & humaniorum connubio* Oratio habita in ill. Gymn. Hanoviensi, cum ibi professioni Philol. sacrae & literarum humaniorum inauguraretur. Hanoviæ 1707. 4.

De Decreto Tiberii, quo *Christum* voluit referre in numerum Deorum. Ibid. 1708. 4. & deinde auctior recusa Erfurti 1715. 4.

Der Simmels-Bürgern Sürtrefflichkeit oder Leichrede bey Beerdigung Hn. Joh. Henr. Burgeri. Bremen 1711. 4.

In fronte capitis *primi* §. 2. seq. occurrit accurata librorum qui ex professo proxime elapsa ætate *Tabernaculum & Templum* singulasque ejus partes illustrarunt, in supplementum

eo-

Dissert. de Oraculo *Lamechi* ad locum Gen. V. 29. Ib. 1712. 4

De ONOLATREIA, sive cultu capitis *asini* afflicto Judæis & Christianis Diatribe cum Joh. Bapt. OTTIL, Theologi Figurini, de eodem argumento Epistola. Erfurti 1716. 4. Prima ejus pars antea sub forma disputationis Academicæ edita erat Hanoviæ A. 1708.

Dissertatio ad locum Ps. CXXXIX. 9. in qua כנפי שחר per alas noctis s. tenebrarum vertendum esse ostenditur. Exstat in *Histoire Critique de la Republ. des lettres*, quæ Amstelodami prodit Tom. XII.

Ad locum *Esaie* VIII. 20. Dissertatio; Legitur ibidem Tom. XIII.

HERCULES PRODICIUS, sive *Xenophontius* in Carniolâ antiqua expressus. Ib. Tomo XIV.

Explicatio gemmæ vetustæ, in qua *Triumphus Bacchi & Amoris* eleganter expressus cernitur. Ibid. Tom. XV.

Supplementum ad Capita XIX. XX. XXI. XXII. Introductionis C. *Sagittarii* ad notitiam scriptorum ecclesiasticorum, in quo auctores, qui historiam regionum, urbium, Episcoporum, & monasteriorum singularibus libris illustrarunt, recensentur. Prodiit curante J. A. Schmidio. Jenæ 1718. 4.

Hujus Bibliothecæ fasciculo primo Dissert. de *Inscriptione* Psalmi XXII. Secundo autem de XCIX. *justis non indigentibus penitentia* ad locum Luc. XV. 7. col. Ebr. XII. 23. inferi curavit, uti sequenti inferetur De vita ac morte *Johannis van der Wyck*, Syndici *Bremensis* ac *Martyris* Commentatio &c.

eorum, quos nostræ ætatis Varro, laboriosissimus librorum helluo, J. A. FABRICIUS Bibl. Antiq. c. IX. jam notaverat, notitia. Tria deprehendit Vir Cl. singularibus curis intacta hæcenus esse, *columnas aneas*, Jachin & Boas; *Velum Sancti Sanctorum*, & *lapidem fundationis*, interiorem in adyto locum occupantem. Hunc lapidem ei movere placuit, nobisque simul sitim accendere, ut priora duo themata, aut illius, aut alia manu ejus simili delineata aliquando liceat lustrare. §. 8. docetur lapidem nostrum a Judæorum Magistris dici אבן שתיה vel שתיה. §. 9. sq. verti recte LAPIDEM FUNDATIONIS sive FUNDAMENTI vel POSITIONIS, etymo a radice שת vel שות vel שתה deducto, cujus radicis reliquæ in variis linguis, præcipue vernacula nostra, §. 10. ostenduntur. §. 11. inter varias denominationis rationes illa feligitur, quod fuerit olim *fundamentum arcæ fœderis*, quam sibi ex mandato divino *impositam* tot seculis gestavit. Agnoscitur tamen §. 12. idem nomen a שתה vel שתה derivari, atque adeo commode per LAPIDEM POTATIONIS verti posse. §. 14. de materia, quæ forte marmorea fuit, §. 15. de magnitudine, non multo majori ipsa fœderis arca, agit. Locus ei §. 16. in adyto templi ad ejus occidentem assignatur. Sculpturæ vero nihil, præter nomen יהוה, in eo fuisse §. 17. sq. docetur. Usus quod attinet, qui §. 21. sq. explicatur, in

templo priori gestandæ arcæ fœderis inferviit. In posteriori vero perpetuum fuit monumentum occupati olim ab arca loci, & UNICUM venturi Messîæ, quod restabat, Symbolum. Pontifex quoque maximus in die Cippurim sacrarium intrans thuribulum eidem lapidi imponebat.

Caput *secundum* inchoat a demonstratione, quod *lapis* noster vere in loco ei adsignato existiterit. In originem inquirenti, modeste §. 4. nil nisi conjecturas in promptu esse conceditur. Quæ autem affertur, variisque doctis observatiunculis fulcitur, huc redit: Omnia, quæ in sacratissimo penetrali erant, virgam Aaronis, tabulas legis, columnam nubis, vasculum Mannæ, ipsam quoque fœderis arcam & sanguinem ei adpersum non futurorum solum typos, sed etiam præteritorum beneficiorum monimenta fuisse; cum autem inter beneficia olim populo Israëlítico exhibita insignem locum teneat, potatio ejus ex *petra* baculo Mosis percussa, verosimile videri, aliquam quoque illius *petræ* partem in adyto juxta cum mensura Mannæ custodiri debuisse; illam vero hunc ipsum lapidem fuisse. Fulcimentum hujus sententiæ petitur ex loco I. Cor. X. 4. de quo rejectis interpretum omnium cogitatis §. 9. sq. nova hypothesis proponitur: nempe *Petram in deserto* ab Apostolo ea potissimum de causa dici ἀκόλαθρον, quia lapis ex illa *petra* abscissus, arcæque in repositorium de-

destinatus, cum ea toto itinere in deserto circumferebatur. Atque hinc quoque factum esse Cl. Authori §. 12. videtur; ut lapidi huic nomen *אבן שתיה* seu *lapidis porationis* adhæresceret. Hinc historia lapidis hujus non tantum stante templo §. 13. sed etiam post ejus excidium per Titum Vespasianum §. 14. sq. percensetur. Nam si authoribus, quos plena lance per omnia ferme secula ad nostra tempora noster adducit, fides haberi debet, inter ruinas templi saxum hoc venerandum a Judæis repertum in magno honore permansit, donec seculo septimo Hierosolyma a Saracenorum Calipha tertio, Omaro, filio Alchittabi occupata, fano Mohammedicæ superstitioni dicato inclusum, & religioso honore ab ipsis Turcis deinceps perpetuo in hunc usque diem affectum est. Nemini interea mortalium, præter suis sacris initiatos, sub pœna capitis hoc sanum introire fas est, neque ipsi illud, nisi lotis nudisque pedibus subeunt, visitandi autem illud causa peregrinationes religiosas instituunt, & proximum a templis Meccano & Medinensi sanctitatis locum eidem tribuunt. Appendicis loco §. 28. sq. adnectuntur excerpta curiosa de alio lapide, qui in templo urbis Meccanæ, quod *Caaba* a forma quadrata vocant, non minori religione colitur: & §. 33. 34. conferuntur honores divini, qui seculis vetustioribus a gentibus solebant saxis rudibus exhiberi.

Fabularum Judaicarum de hoc saxo dentam
 sylvam caput *tertium* comprehendit, & ne quis
 sterile solum nimis abhorresceret, doctis ob-
 servationibus transiturientes ad illam percur-
 rendam invitat. Postquam notatum erat, la-
 pidem hunc *umbilicum terræ* dici, §. 4 de variis
 locis pro eo ab antiquitate habitis differitur.
 §. 10. agit de lapide, qui fingitur Jacobo olim
 in cervical cesfisse, & pro Palladio regni Sco-
 tici diu est habitus, donec ab Eduardo I. Re-
 ge Angliæ A.C. 1297. cum aliis spoliis in An-
 gliam translatus est, ubi etiamnum sollicite
 adservatur in Abbatia Westmonasteriensis sa-
 cello S. Eduardi & adhuc in inaugurationibus
 Regum Magnæ Britanniaë solet adhiberi. §. 11.
 12. de arca fœderis deperdita disceptatur, ad-
 dita epicrisi, non absurde eos opinari, qui sta-
 tuunt illam imminente templi prioris excidio
 fuisse occultatam, & aliquando in lucem pro-
 trahendam esse, quamvis securius sit ἐπιχρησ.
 Impia vero de Salvatore nostro nomen tetra-
 grammatum magicis artibus ex lapide adyti
 addiscente, eoque ad miracula sua abutente,
 fabula §. 13. sq. doctissime funditus everti-
 tur. (b) De columnis Sethi §. 21. sq. studiose
 tra-

(b) Si argumentis gravissimis a Cl. Authore allatis aliquid
 superpondii loco liceat addere, crediderim istud specia-
 tim verpos debere in ruborem dare, quando ad ve-
 rum fontem hujus calumniaë penetrant. Ille enim non
 fuit alius, nostra quidem sententia, quam quod artes
 magicae, Cabbalam practicam scientiam earum vulgo

Etatur, & testimonium JOSEPHI de iis vindicatur, refutato LEMONIO, qui lapidem נִנְוּ iis fingendis ansam dedisse censuit. Præcipue in γῆν σιγιάδα inquiretur, ubi erectas fuisse columnas illas Josephus narrat, & post varias aliorum conjecturas nova adfertur, annon sit eadem cum montanis טַיִשׁ ad Austrum Palestinæ sitis, nomenque suum non ab

appellant, inter Judæorum sapientes ea tempestate fuerint frequentissimæ. Id prædictum Deut. XXXII. 17. Jes. VIII. 19. Malach. III. 5. Id ansam dedit defensioni Salvatoris Matth. XII. 27. Eo usque impudentiæ procedunt Magistri eorum, ut inter qualitates Assessorum Synedrii reputent, quod debeant esse בעלי כשפים i. artium magicarum periti. Consule Joh. Wulferum ad Theriac. Judaic. p. 57. sqq. Cl. *Wagenseilium* Sotæ p. 129. sqq. *Basnagium* Hist. Jud. lib. III. c. 15. *Edzardum* avoda sar II. p. 318. sqq. *Eisenmengerum* Jud. detect. P. I. c. 8. p. 434. sqq. Quam turpe est pratori, si culpa redarguit ipsum! Istud vero omnem frontis duritiem excedit, quod ipsum Salomonem magicæ nota inusserint. Evolvantur cum stupore, quæ excerptit *W. Schikardus* in Tarich Regum Persiæ proem. p. 57. sq. *Eisenmengerus* lib. laudato P. II. c. 8. p. 440. sqq. Quin ipsi sanctissimo gentis universæ capiti, Abrahamo idem crimen imputant & librum de magia eum scripsisse ore impudentissimo mentiuntur. *Eisenmengerus* ibid. P. I. c. 8. p. 438. 439. *Fabricius* Cod. Pseudepigr. V. T. p. 390. sq. Quid mirum est eos, qui tanta injuria Viros vere Θεοπνεύστis, Abrahamum & Salomonem affecere, ex mera mentiendi diabolicasque artes excusandi libidine, simile quid in verum Abrahami semen & Salomonis filium ausos fuisse? F, A. L.

ab Esavo, sed a Seir, Chorsæo, cujus familia Esavo antiquior Gen. XXXVI. 20. sq. describitur, trahentibus. Digna quoque est lectu digressio, qua hoc caput finit, de Armillo, Judæorum Antichristo, cujus etymon esse putatur אֱלֹהֵי אֲרָמָיִם, quasi dicas, Deum Aramæorum, id est Christianorum.

Properamus ad *postremum* caput altiori disquisitioni destinatum, ut mysterium *lapidis foundationis* in plena luce collocetur. Argumentis ergo idoneis evincitur illustrem in illo Jesu Christi typum fuisse. *Primum* §. 2. inde desumptum est, quod & sanctuarium ipsum & tota ejus supellex typica fuerit. *Alterum* §. 3. 4. ab illis locis Scripturæ, in quibus Christus *petra, lapis, quin & diserte lapis fundatus, fundatissimus* &c. dicitur. *Tertium* §. 5. sq. insignem urget in omnibus partibus analogiam. *Quartum* §. 11. sq. defendit, lapidem hunc ab ipso Spiritu sancto in loco nobili Zach. III. 9, 10. pro typo optimi nostri Salvatoris declaratum esse, quod vaticinium ex professo illustratur & ad hypothesein Cl. Authoris transfertur. Ea fini inter multa alia docte observata ostenditur, quo sensu ILLE lapis, lapis UNICUS & quidem *coram Josua positus* dicatur. Porro adoptatur hypothesis Cel. VITRINGÆ, qui אֶבֶן, in lapide coram Josuaposito, (per quem non alium, quam illum ipsum, de quo tractatur, inter ruinas templi adhuc superstitem, in-

intelligi, vix opus est, ut moneamus,) non per oculos, sed fontes interpretatur. Porro conjicitur, septem memorari fontes, quia totidem foramina in rupe deserti, cum Mosis baculo percuteretur, apparuere, quorum singula vivarum aquarum fontes siti fere pereunti populo facti sunt. Ingeniose autem confertur locus Apoc. XXII. 1. Ubi mentio fit *fluvii aquae viva ex throno Dei promanantis*. Alludi hic ad adytum templi Hierosolymitani jure merito supponitur. Cumque in eo arca fæderis thronus Domini typicus fuerit, facile concipi posse statuitur, quomodo ex arca fluvius crySTALLINUS profluxerit. Nempe quia basis ejus erat ille lapis, ex quo olim flumina profiluere totum Israelem potentia. Totum visum alias prolixius illustrandi Cel. Author spem facit. Per *calaturam* vero lapidis Zachariani incisio nominis tetragrammati respicitur: & confertur phras Joh. VI. 27. quando Christus de se ipso cum allusione ad prophetiam Zachariæ testatur: *τῆτον ὁ παλιν ἐσφραγισεν*. Sequens vero prophetæ vaticinium de *sublacione iniquitatis* & *invitatione proximi sub vite sua* & sic solide ex circumstantiis diei propitiationis illustratur, & hoc ultimum ad convivium illud lautum alludere docetur, quo Sacerdos summus, defunctus feliciter ministerio illius diei, amicos excipiebat. (c) Succedit jam

quinta

(c) Mihi aliquando visum fuit ad festum tabernaculo-

quinta ratio a frequentibus Scriptorum θεοπνευστων ad lapidem nostrum allusionibus accersita §. 23, sq. Ansam hic Cl. Auctor nactus est locis variis, & præcipue Ps. CXVIII. 12. Jes. XXVIII. 16. Zach. IV. 7. 10. Jes. VIII. 14. 1. Cor. III. 11. Ephes. II. 19, 20. 1. Petr. II. 4. 2. Tim. II. 19. Hebr. I. 3. facem accendendi. Omnes observationes, quæ Cl. Authori hic privæ sunt, ut excerpamus, spatium præfixum non permittit. Singularis est illa ad ultimum locum, qua explanat, cur Christus dicatur χαρακτῆρ τῆς ὑποστάσεως Θεοῦ. Nempe ὑπόστασιν notare fundamentum ex Authoribus sacris & profanis evincitur. Χαρακτῆρ vero notat aliquid, quod insculptum est rei, imago non cito evanescens &c. Inde concluditur, phrasin Apostolicam vertendam esse per *calaturam fundamenti seu lapidis fundamentalis*, cum allusione ad nomen Jehova lapidi adyti insculptum, ut designetur, Christum esse vere τὸν ἰησοῦν, in cujus medio hoc nomen est, quem ille lapis indicabat. *Sexta ratio*

rum a Spiritu Prophetico alludi, in quo contexta ex frondibus arborum diversarum, quibus racemi uvarum, aliique fructus maturi Canaanis innectebantur, tuguria per septiduum inter epulas festivas habitabantur. Nec multum hoc à sententia Cl. Authoris distat, quia festo tabernaculorum non tantum quoad tempus, sed etiam quoad δηλώσειν arctissimus cum die expiationis nexus intercescit. Vere enim istud adumbravit amplissimam bonorum spiritualium expiatione Christi acquiritorum messem. E. A. L.

tio §. 38. inde ducta est, quod alias in adyto templi secundi nihil fuisset, quod aliquam *quædam* typicam ad Mesiam venturum habuisset, id quod neutiquam verosimile videtur. *Septimo* loco §. 38. sq. ipsi Judæorum Magistri in partes vocantur, agnoscentes totius sanctuarii apparatus mysticum fuisse, Mesiamque ipsum sub emblemate lapidis in prophetiis sæpenumero proponi, & sub ipsis fabulis de lapide adyti altiora mysteria occultantes. Mendas operarum, quæ heic non desunt, omnino æquus lector Auctoris, qui impressioni non adfuit, culpæ nolit adscribere. F. A. L.



IX.

Nova quædam Theologico-Historico-Literaria.

I MONTE PESSULANO, *ipsis Idibus Martiis. Arnaldus (Arnaud)* V. D. Minister natus in fano St. S. Hippolyti quæ urbs est tractus Sebenniaci, annorum circiter viginti quinque juvenis, mense Januario, in domo quadam urbis Alesix in tractu Sebenniaco (Alais) cum quibusdam amicorum, eandem fidem profitentium deprehensus, quando cum illis ad arcem illius urbis duceretur, cantabat

bat hymnos Davidicos, seque in primis pro salute Regis & Principis Aurelianensis, nunc regno Galliaë imperantis, vota facere declarabat. Domino *du Molart*, Consiliario iudicii Nemausensis, examen instituyente confessus est Arnaldus libere, se plus *quadraginta* interfuisse congregationibus Protestantium, ipsis adeo, quæ apud Catmettenses & Andusios institutæ fuerant. Ad diem XIX. Januarii D. de *Basville* una cum D. *Molartio*, ceterisque iudicibus se conferunt in arcem, &, licet conquererentur se cogi in tali negotio iudicium ferre, quatuor tamen cives Alesenses, quod cultui divino more à sacris Romanorum alieno, interfuisent, ad triremes per omnem vitam damnantur. *Arnaldus* vocatus magna cum modestia, & simplicitate, imperterritus tamen respondet. Cum dixisset, se sacris literis operam dedisse Genevæ, interrogabatur, cur in Galliam redierit & num vel Genevensium vel aliorum hujus regni incolarum consiliis sit eo impulsus. De utrisque autem illud negabat, professus se sola adactum vi conscientiaë huc venisse consolatum afflictos fratres suos: è sacris literis se didicisse unius cujusque Christianorum partes esse, aberrantes in viam reducere: se eum in finem in has oras rediisse, isthoc officio suo, ut fungeretur erga populares suos: se semper tamen auditores suos hortatum esse maximopere,

ut

utin fide atque obsequio erga Regem perse-
verent, in rebus, quæ requiem conscien-
tiæ turbare non possent; se interea in locis
XLV. pietatis habuisse exercitia, seque in eo
instituto gnaviter perrecturum, donec Dei
beneficio vitali aura esset fruiturus. Miran-
tur Judices hoc responsum, variaque illi sup-
peditant, quibus feliciter evadere & duritiem
legum effugere posset, sed respondet ali-
quoties, SE NOLLE MENTIRI (vide supra
pag. 535.) *sed semper dicturum veritatem vel cum
summo vitæ suæ discrimine, se summa cum humi-
litate subiectum esse velle institutis ac legibus Sal-
vatoris sui.* Decernitur itaque illi supplicium
suspendii. Quam sententiam intrepido ani-
mo latus audivit totam noctem consumens
fervidis precibus, quas alta voce pronuncia-
bat, & cantione Psalmorum pœnitentialium,
aliquoties exclamans, se id in magna felici-
tatis parte ponere, quod veritatem Evange-
lii morte sua confirmare ei contingat. Ad
diem itaque XXII. mensis Januarii integra
cohorte equitum peditumque stipatus ad lo-
cum supplicii in urbe Alesia contendit ala-
cris, & solus scalam adscendit. Cum autem se
accingeret orationi, ad circumstantem po-
pulum habendæ, continuo octo tympano-
rum strepitu impeditur, atque ita gulâ la-
queo fractâ immortalem spiritum Deo suo
ac Sospitatori reddidit.

E vicinia SCHWARTZENOVIAE in a-
IV. Fascicul. O O gro

gro Witgensteinensi pr. Kal. Januarii perscribitur, gregem Enthusiasticum & Pietisticum in illis regionibus domesticis dissidiis inter se agitatum monstrosisque indies fertilem partibus, tantum non interitum minari. Vernacula hic subdere verba lubet (a)

MENENA ex Flandria literæ publicæ nuntiant nobis ingentes furores a quibusdam Monachis, ordinis Francisci, Capucinos vocant, quos secundum vulgatum dicterium, *Cordula nodosa, pes nudus, cappa dolosa*, a cæteris distinguit, non contra hæreticos schismaticosque, sed contra ipsum novum Testamentum, illiusque in vernacula lectionem conceptos. Ex eorum numero fuit quidam

P.

(a) Belangend unsere inspirierte und Pietisten / so ist von denselben / man man die Wahrheit sagen soll / fast wenig oder nichts zu melden / indem diese zum A. Z. das nahe bey der Verjahrung ist / gehören / dan schier keiner ist / der sich nicht ihrer Thorheit schämet / dannhero sie auch in so viele secten zertellet sind / als viele Häupter sind. Die eigensinnigsten aber davon gehen über ad castra Anabb. & Enthh. Jene sind bekant / diese aber wollen in obscuro sich verbergen / dann sie niemanden in ihre Versammlung lassen / der nicht selbst cæco consensu alles approbiret / was sie nur für : und . an . geben wollen und dürfen : wie daraus erhellt / daß sie nicht allein den bekanten Obristen Hachenberg aus ihrer Versammlung gejagt / sonder selbst den besten unter allen Pietisten Hochmann nicht einst admittiren wollen. So haben sie sich auch schon vielmahlen prostituiret / abscheultg mit ihren Ausspra-

P. Sylvester, cui cum vices pro concione in
 æde Parochiali dicendi incumberent ipsis Ca-
 lendis Majis, universum cœtum invitavit
 ad sermonem intra quindecim dies a se ha-
 bendum, quo promittebat se ostensurum,
 Scripturas non esse legendas sub pœna ex-
 communicationis. Urbe propterea tumultu
 impleta, Parochus Superiorem Cœnobiũ
 (Gardianum appellant) adit, rogans, ut si-
 lentium concionatori imponeret. Quod
 cum ad cœnobitarum palatum non esse faci-
 le suboleret, constituit ipse signato tempo-
 re suggestum conscendere, quod & fecit,

O o z

Mo-

Den so sie haben vor Göttliche inspirationen ausgebeten
 wollen / und sind in voller Versammlung überzueget wor-
 den / daß sie die Sache nicht per inspirationem divi-
 nam, sondern durch ihre Correspondence erfahren; ges-
 chwelge der verschiedenen Aussprachen / die in ihrer
 Erfüllung nicht gegangen / ja offenbahr falsch gewesen.
 Über das / so ist auch ein Geist der Ohneinigkeit in sie
 gefahren / so daß sich die Holländer inspirierten von
 den Teutschen / so aus den Pietisten entflammet / ges-
 chieden; Daher nun / nachdem jene sich wieder in
 ihr hohles Land verkrochen / die Teutschen / deren Pfarrer
 fürst der alte Gruber / ein ehemahliger Lutherischer
 Pastor im Württembergischen / noch mehr ohngeretmte
 Dinge ausüben. Als / man dieser redet oder singet
 (wozu er eine gewaltige Stimme hat) so donnert
 er als im Gesang; Wo, Wo, Wo, La, La, La, und
 dergleichen / sürgebend / daß seyn die boanerges N. F.
 und die prophetische Stimmen / so da müsten erhoben wer-
 den als Jojanen.

Monacho excluso, in summa populi frequentia, qui non tantum ex urbe sed etiam pagis confinibus a Monachis excitus erat.

Monachi elusa esse consilia sua frendentes præparabant se ad declamandum contra lectionem Novi Testamenti, in die, qui Felici, Franciscano recenter in sanctorum ordinem adscripto, in fastis dicatus erat. Interea temporis domos peragrabant, ut comburerent, quotquot Novi Testamenti exemplaria deprehendere possent.

Re ad Vicarios Tornacum delata, reprehensoriæ ad Monachos perscribuntur literæ, prohibentes simul, ne porro de hac materia sermones fierent; Parochus vero una cum Superiore Cœnobii & P. Sylvestro Tornacum citantur. Comparent. Parochi moderatio laudatur, Monachi severe increpantur. Quin molesto concionatori imposita fuisset retractatio, nisi Parochus intercessisset. Interdictum ergo tantum Sylvestro, ne in Parochia Pastoris amplius conciones haberet.

Sic videbatur composita lis, sed paullo post, secundo rogationum die recrudit. Processione enim Parochiæ pro more ad cœnobium Capucinorum instituta, P. Hermannus ejusdem

dem clauſtri monachus, ad populum verba faciens occasionem arripuit Apologiam pro Socio instituendi. Ausus igitur est dicere, Episcopum Tornacensem, quantacunque etiam esset auctoritate, non posse prohibere declamationes contra lectionem S. Scripturæ in lingua vernacula, cum Papa eam condemnauerit Constitutione *Unigenitus* ab uniuersa Ecclesiæ recepta. Adjunxit, ne quis, qui novum Testamentum legeret, ad confitendum peccata sua Capucinos adiret, néve absolutionem ab iis exspectaret; *se solos interea esse, qui veritatem docerent, reliquos falsa proferre.*

Parochus, qui hæctenus quiete adfederat, his auditis surrexit &, dum concionator maledicere pergeret, Missam celebrare incipit. Spes est Vicarios Tornacenses scandali tam fædi authores justis pœnis esse coercituros.

FRANCOFURTI AD VIADRUM expectatur novus SS. Theologiæ Professor Ordinarius a Serenissimo Borussiæ Rege eo evocatus JOH. ARNOLDUS NOLTENIUS olim Tuisoburgensis Gymnasilii Conrector, inde muneri ministri Ecclesiæ Weesæ in agro Cliviaco admotus, nuperrime vero defunctæ Serenissimæ Electrici Brunswico-Hanoveranæ & magnæ Britanniæ hæredi a concionibus aulicis & sacrorum Oraculorum in Ecclesia Reformata Hannoverana inter-

pres. Speciminibus diversis, quibus jam ante, quid valerent humeri, probatum dedit, nunc nuper novum addidit, publicata de
**JUDICIO SANCTORUM IN MUNDUM
 ET ANGELOS** ad dictum Pauli 1. Cor. VI.
 2. 3. diatriba, qua ΚΡΙΣΙΣ ista, presentis huic vite omnibusque omnium temporum Christianis vindicatur, vera denique *αρεως* istius ratio dilucide explanatur. Bremæ 1718. 4. 5 ¹/₂ philyræ.
 Examinantur hic stylo terfo & ordine concinno diversorum Interpretum sententiæ. In binas hæ classes distiuguntur. Ad priorem referuntur, qui de ultimo judicio cogitarunt, quorum quidam per *αρεων* sanctorum judicii Christi meram approbationem, alii sanctos Christi adseffores futuros, alii denique impiorum tum angelorum tum hominum condemnationem intelligunt. Singuli modeste refelluntur. Altera classis eos comprehendit, qui judicium sanctorum in hac vita habendum censent & itidem in diversa abeunt. Pontificii hierarchiam Ecclesiæ Romanæ inde exsculpunt. Chiliastæ ex hoc loco pro temporaria quadam felicitate in regno millenario, quod expectant, militant. Ligtfootus & alii judicium terrenum Christianorum magistratuum eliminato ex imperio Romano gentilismo concipiunt. Ab his omnibus Cl. Author adductis solidis argumentis recedit. Deinde vero suam hypothesin, quam in titulo expresfit, tum occasione & scopo, tum genuino

nuino vocum significatui convenire, infertis doctis passim observatiunculis ita demonstrat, ut simul iudicii de quo disceptatur, rationem egregie & dilucide explanet. Spirituale enim id ipsi totum est, quod a sanctis tum mentis illuminatæ recta διακρίσει, tum ἐλέγχῳ verbi, tum vitæ sanctimonia administratur. Futurum vero id textus facer considerat, quia suos gradus habet, & singulare adhuc complementum tempore Pauli exspectabatur. Nempe Christus id exorsus est, cum in terris ageret. Apostoli continuarunt in præconio Evangelii, sancti prosequuntur & consummabunt, quando regna mundi futura erunt Domini & Christi ejus.

AMSTELODAMI in locum CLEMENSIS STRESONIS nemo hæctenus subrogatus est, quia Rev. *Curtenius*, quem nominatum Fasciculo secundo annuntiabamus, causas habuit, cur eam vocationem, cujus confirmationem Magistratus suspenderat, declinaret. Inde lites quædam ortæ sunt, quas tamen brevi compositum iri, ad nos perscribitur. Plenius forte de hac re, ubi exitum suum sortita fuerit. Cæterum percepimus STRESONEM nostrum fratrem viri singulari, dum viveret, facundiæ laude insignis Jacobi *Stresonis*, in eadem ecclesia Amstelodamensi, sed Belgica, V. D. M. qui jam an-

no 1708. rebus humanis exemptus fuit, ex Comitatu Meurfano ortum trahere ubi A. C. 1655. natus, Ministerium quoque Ecclesiasticum in cœtu Repelenfi usque ad annum 1699. obivit, quando Amstelodamum vocatus & Ministerio Ecclesiæ Germanicæ initiatus est III. Nonas Octobres. Fatalis ei dies fuit ultimus Januarii 1718. cum pridie illius diei adhuc pro concione dixisset. Causa mortis memoratur fuisse apostema immediate ante habendum sermonem sacrum in capite ruptum, largumque pus per aurium meatus emittens. Nihilominus suggestum conscendit; sed finitis sacris domum redux terminum suum appropinquare sensit, ad quem se, ut pietatis famam jam ante meruerat, ita tum quoque Christiane præparavit, eumque sequenti luce beate attigit. Reliquit Filium quarto jam anno munere ecclesiastico cum singulari eruditionis & charismatum fama defungentem, *Zacharium Jacobum Stresonem*. Submitimus accuratorem operum, quæ noster edidit, indiculum.

1. Meditationes in Epistolam ad *Colossenses*, Amst. 1708. 8.
2. Meditationen over den tweeden Brief van Paulus aan de *Theffalonicensen*, Amst. 1710. 8.
3. Bedenckingen over den Sendbrief aan de *Hebreer*, Amst. 1714. 4.

4. Meditationes in utramque Petri Epistolam
Catholicam, Amst. 1717. 4.

ULTRAJECTI nuper Johannem de la
PLACETTE, Gallum, serenissimæ Danorum
Reginæ, Charlottæ Amaliæ, felicissimæ memo-
riæ quondam a sacris, at ab aliquot annis e-
meritum virum, pietate juxta ac doctrina,
multisque scriptis editis inclutum diem suum
obiisse accepimus. In hac quoque Academia ju-
sta funebria Celeberrimi HADRIANI RE-
LANDI manibus perfoluta sunt ipsis Nonis
Martis hujus anni, recitata oratione funebri
a Collega ejus clarissimo JOSEPHO SERRU-
RIER, Medicinæ doctore, Philosophiæ &
Matheseos, & Botanicæ Professore, unde po-
tissima excerpere juvat. Natus est Patre Jo-
hanne Relando & matre Agatha Prins A. C.
1676. die 17. Julii, in pago Ripensi inter Alc-
mariam & Purmerendam, cum Pater paucis
ante diebus decrevisset cœtum Alcmariensem,
ad cujus suggestum evocatus erat, cum Ri-
pensi permutare. Ex eodem matrimonio bi-
ennio post, cum jam Amstelodamum Pater
ad munus ecclesiasticum itidem obeundum
concessisset, prodiit Vir Consultissimus, sui-
que ordinis insigne decus, PETRUS RE-
LANDUS, cujus Pastos Consulares noster fra-
terna pietate post præmaturum obitum lucem
adspicere jusfit. Noster inter præcocia inge-
nia singularem quendam locum commeruit.
Vix enim undecimum ingressus annum

Scholarum inferiorum stadium felicissime emensus ad publicos & Academicos labores se accinxit. Anno ætatis decimo tertio Oratione de *Cicerone* publice habita, insignem laudem meruit, id quod aliunde accepimus. Et primo quidem per triennium in illustri Amstelodamensium Gymnasio Cl. PETRO FRANCIO in literis humanioribus operam suam addixit. In Philosophia ALEXANDRUM de BIE, in linguis Orientalibus GULIELMUM SURENHUSIUM ductorem nactus est. Sub hujus auspiciis stupendos plane biennii spatio in lingua Hebræa, Syra, Chaldæa, Arabicaque progressus fecit, & jam tum partem operis Mischnici Latine reddidit. Ita instructus quatuordecim annos natus Ultrajectum concessit, & posteaquam J. G. GRÆVIUM, J. LEUSDENUM, G. de VRIES & J. LUYSTIUM per triennium audiverat, summos in Philosophia honores, conscripta de libertate philosophandi dissertatione, obtinuit. Abhinc Theologiæ se mancipavit, cujus rudimenta sub Viris Clarissimis M. LEIDEKKERO, PETRO von MASTRICH, (per errorem prænomen GERHARDI irrepfit, quod fratri ejus germano, Reipublicæ non tantum nostræ, sed etiam universæ Christianæ & Literariæ splendidissimo ornamento, competit) H. WITSIO & H. van HALEN posuit. Nactus est eadem tempestate in Arabicis, quas depe-

ribat,

ribat, literis, viæ ducem Virum earum, teste
 ipso Relando, omnium mortalium peritis-
 simum HENRICUM SIKIUM, Bremensem.
 Atque ita altero quoque triennio studiis in-
 sumto Lugdunum Batavorum petiit, seque
 ulterius formandum Viris Celeberrimis FR.
 SPANHEMIO, JAC. TRIGLANDIO &
 JOH. MARKIO tradidit. Nec minus WOL-
 FERDUM SENGUERDIUM, Virum phy-
 sicæ experimentalis gnarissimum, in deliciis
 habuit. Heic loci agenti offertur Professio
 Philosophiæ & Linguarum Orientalium in
 Gymnasio Lingensi, quam tamen, Patri mo-
 rem gerens, recusavit. Biennio elapso Illu-
 strissimus Portlandiæ Comes nostrum hone-
 stissimis conditionibus ad Aulam Regiam
 Gulielmi III. invitat, ut filium suum unicum
 Vice-Comitem de Woodstok in scientiis genus
 ejus decentibus erudiret. Provinciam hanc,
 quamdiu Vice-Comes in Belgio hærebat, feli-
 cissime implevit, sed cum in Britanniam il-
 lustrem discipulum comitari vellet, patris ite-
 rum affectu, adversa valetudine utentis, im-
 peditus est. Anno ætatis XXIV. oblatam
 Harderovici Philosophiæ Professionem in se
 suscepit. Brevi post a Rege Gulielmo Sena-
 tui Ultrajectino commendatus, ad docendas
 antiquitates sacras & linguas Orientales in
 hanc Academiam evocatur. Post biennium
 in ea consumtum uxorem duxit Johannam
 Catharinam Telingiam, natam Patre Johan-
 ne

ne Telingio, Viro Consulari urbis Zirizeæ in Zelandia. Ex hoc conjugio tres suscepit liberos, duas filiolas, & unum filium Johannem Hubertum, qui cum sorore majori natu adhucdum superest. Omne heic tempus formandæ juventuti & conscribendis libris, quorum pretium dum stabit suis literis linguisque honos, manebit, consecravit. Nec minus commercium literarium cum Viris in orbe erudito Celeberrimis P. D. HUETIO, Abbate BIGNONIO, BERN. MONTFAUCONIO, ANT. GALLANDIO, J. A. FABRITIO, J. G. PRITIO, J. B. MENKENIO, J. P. HOMBERGIO, G. OLEARIO, J. LUDOLFO, J. B. OTTIO, J. H. OTHONE, DOM. PASSIONEIO, J. VIGNOLIO, A. MAGLIABECCHIO, EZ. SPANHEMIO, J. BARNESIO, R. BENTLEJO, G. CUPERO multisque aliis coluit. A Frankeranis & Lugdunensibus frustra tentatus est, maluit autem Ultrajecti subsistere. Anno hujus seculi XIII. in Britannia constituta fuit Societas ad promovendam religionem Christianam: anno etiam sequenti altera societas, quæ curam suscepit Evangelii in exteris regionibus propagandi: utrique socius est adscitus. Ita plenis velis ad summam doctriinæ & honoris arcem contendens, variolis extinctus in cœlestem Academiam transmigravit Vir Incomparabilis, in quo eruditio,

tio, pietas & rara inter doctos modestia
atque humilitas de palma certarunt.

Hactenus Serrurierii excerpimus oratio-
nem. Nummum argenteum majoris mo-
duli memoriæ Relandi vidua cudi curavit,
amicisque distribuit. In fronte leguntur se-
quentia :

Hadrianus Relandus

Amstelod. Natus 17. Jul. 1676.

Olim Harderovici per IV. Menses
Philosophiæ, dein Trajecti per 17. Annos
linguarum Orientalium & Antiqui-
tatum sacrarum Professor. Obiit V. Febr.

An. 1718. Optimi Mariti discipu-

lis ultimo pietatis officio

functis mæstissima

vidua hoc monumentum

dedit.

In averfa vero nummi parte exhibetur
epitaphium, quod ipse Relandus versibus
elegiacis sibi ipsi scripsit, hunc in modum :

Quisquis es incertæ

spatium decurrere vitæ dum

licet ante oculos meta sit usque

tuos. Conficitur spatium dispar

verum exitus omnes unus & hac

hora te quoque forte manet. Ergo,
vive Deo, præpone æterna caducis.

Atque animi potior sit tibi cura

tui. Quicquid agis paterisve,

tuis Christi exprime mores.

P p

Haud

Haud alia fas est scandere
ad astra via.

Catalogum scriptorum, quibus ille sibi rem omnem literariam immensum quantum devinxit, cujus ipse partem nobis paucis ante obitum diebus transmiserat, hunc habe:

1. De libertate philosophandi Dissertatio. Ultraj. 1694. 4.
2. De Consensu *Mohammedismi* cum *Judaismo* Exerc. Ultraj. 1695. 4.
3. Notæ ad Joh. Henr. *Ottonis* historiam Doctorum Misnicorum. Amstel. 1699. Anonymos editæ. Confer supra Fascic. II. p. 88.
4. Remarques sur les Vies des Poëtes Grecs en abrégé. Amst. 1700. 12. Sunt notæ, quas illi libello *Tanaquilli Fabri*, Gallice edito, ac X. Tomo *Thef. Antiq. Græc. Gronovii* inserto adpersit.
5. *Galatea*, lusus poëticus. Amster. 1701. 8. & recusa Ultraj. 1710. 8. & nunc post auctoris fata tertium.
6. Oratio de Augmento Philosophiæ, quod superiori seculo accepit. Harderovici 1700. 4. Est inauguralis.
7. Oratio pro lingua *Persica* & cognatis literis Orientalibus, dicta IX. Kal. Martias. Ultraject. 1701. 4. Pariter inauguralis.
8. *Analecra Rabbinnica*, quibus continentur

- G. *Genebrardi* itagoge Rabbinica. Ej. *Meditat.* & tabulæ Rabbinicæ. C. *Cellarij* institutio Rabbinica. J. *Drusius* de particulis Rabbinicis. Index Comment. Rabbinicorum, qui in sacrum codicem, aut ejus partes conscripti sunt. J. *Bartolacci* vitæ celebrium Rabbinorum. *Kimchius* in Ps. X. priores cum versione latin. Ultraj. 1702. 8.
9. Ode proluxa in poësin *Lucretianam*, præmissa editioni *Lucretii* Amstelodamensi. 1701. 8.
10. De Nummis Veterum Hebræorum, qui ab inscriptarum literarum forma Samaritani appellantur Diss. V. ad *Jacobum de Wilde* & J. B. *Ottium* scriptæ primum Amstel. 1702. & deinde Ultraj. 1704. & 1709. editæ. 8.
11. De marmoribus Arabicis. *Puteolanis* & nummo Arabico *Constantini Pogonati* Dissert. Ultr. 1708. 8. Hæc deinde postremæ de Nummis Samarit. Diss. editioni adjecta est.
12. De Religione *Mohammedica* L. II. quorum prior exhibet compendium Theologiæ Mohammedicæ, ex codice MScto Arabice editum, Latine versum & notis illustratum, *Posterior* examinat nonnulla, quæ falso Mohammedanis tribuuntur. Ultraj. 1705. 8. Sed multo auctior est editio altera

tera a. 1717. & præcipue ob delineationem templi Meccani, notabilis. Hic liber ante biennium circiter Hannoveræ Germanice, & nuper quoque Belgice prodit.

13. Oratio funebris in obitum Pauli *Bauldry*, Profess. Ultrajectini. Ultr. 1706. 4. Vir hic pietate pariter & doctrina eximius religionis causa patria extorris factus maluit damnum plus 400000 librarum monetæ Gallicæ pati, quam sacra ejurare, de quorum præstantia persuasus erat.
14. Præfatio ad P. *Bauldry* tabulas Chronologicas. Opus posthumum à *Relando* editum, Ultr. 1707 in fol.
15. Epistola de Gemma quadam Arabica ad *Jac. de Bary*. Traj. 1706. 8. Inserta hæc est parti tertiæ libri sequentis.
16. Dissertationum Miscellanearum partes tres. Prima complectitur diss. de situ Paradisi terrestri, mari rubro, monte *Garizim*, *Ophir*, *DIS Cabiris*, & veteri lingua Indica. Ultr. 1706. Altera de Samaritanis, reliquiis veteris linguæ Persicæ, & Persicis vocabulis Talmudis. 1707. Tertia de jure militari Turcarum, linguis Insularum quarundam Orientalium, linguis Americanis, & gemmis Arabicis. 1708. 8.
17. Decas exercitationum Philologicarum de vera pronuntiatione nominis *Jehovah*. Ultraj. 1707. 8. Continet de illo argumento

J. Drusii, S. Amamae, L. Capelli, J. Buxtorfi,
Jac. Altingii, N. Fulleri, Th. Gatakeri & J.
Leusdeni dissert.

18. Antiquitates sacrae Veterum Hebraeorum.
Ultraj. 1708. 8. Castigatius atque auctius
prodiere a. 1712. & Lipsiae 1714. cum
praefatione Celeb. Buddei; Iterum locuple-
tius 1717. Confer de hac editione fasc. I.
pag. 178.
19. Elenchus sacrae scripturae. Ultr. 1708. 8.
20. Oratio de Galli cantu Hierosolymis au-
dito; Traj. 1709. 12. dicta V. Kal. Apr.
21. Borhanneddini Alzernovohi enchiridion
studiosi, cum versione Frederici Rossgaar-
di & Abrahami Ecchellenfis Arabice & Lati-
ne; Ib. 1709. 8.
22. Brevis introductio ad grammaticam He-
braeam Altingianam, annectitur libellus
Ruth, cum comment. Rabbiorum & Ob-
serv. Masoretharum; Ebr. & L. Ib. 1710. 8.
23. Epistola de nummo quodam aureo, in
Groningano agro reperto, cujus memine-
rat Schookius ad Ill. Comitem de Knip-
huysen, Gallicè. Ib. 1718. 8.
24. Epicteti manuale & sententia. It. Ta-
bula Ceбетis cum notis Salmasii & aliorum
diss. in Epictetum Ultraj. 1711. 4.
25. PALAESTINA ex monumentis veteri-
bus illustrata Traj. 1714. 4. Recusa Norim-
bergae a. 1716. Compendium egregii &

magnò cum iudicio scripti libri secundum
liberas Alphabeti nunc Belgicè in 8vo pro-
diit.

26. Petri *Relandi*, Icti & iudicis Harlemonsis,
& nostri fratris Germani, fasti Consulares
Ib. 1715. 8.
27. Oratio de usu antiquitatum sacrarum.
Ib. 1715. 8.
28. Mappa Geographica JAPONIAE accu-
ratisima aeri incisa. 1716. Inserta est col-
lectioni itinerum septentrionaliam, quæ
Gallice prodiit.
29. De spoliis templi Hierosolymitani in arcu
Titi observatis Liber. cum fig. Ib. 1716. 8.
30. Vita Hai Ebn Yokdan, Belgicè.
31. Diss. de Tryphone Judæo Justini Mar-
tyris Antagonista; Existat in fasc. II. p. 86.
seq. de *Uxore domiseda* ad locum Tit. II: 5.
fasc. III. p. 314. quas proxime sequetur
alia de *Barbaris & Scythis*.

KILIA Holsatorum amicus noster com-
munis Doctissimus *Mosheimius* nobis spem
facit brevi Primum *Animadversionum* ejus Sa-
crarum librum, qui Rostochii imprimitur,
pervolvendi. Alterum quoque publico jam
destinavit. Idem accuratissimam Michaelis
Serveti historiam tantum non ad umbilicum
perduxit.

BREMÆ Vir Cl. Johannes HAVIG-
HORST, hæctenus Eloquentiæ Prof. P. Ord.
&

& Theol. extraordinarius, Bibliothecarius & Pedagoga, Professionis Theologicæ Ordinariæ auspiciis fecit a. d. IX. Kal Quintiles oratione publice dicta *de eloquentia Theologica.*

Ultimis literis MENENA scriptis III. Nonarum mensis Junii, exitus scenæ a monachis apertæ significatur. Nempe cum magistratum urbis suæ sibi faventem sentirent, mandatum Dominorum Vicariorum Generalium Episcopatus Tornacensis *de abstinendo a turbis* susque deque habuere, atque in Festo Pentecostes permisere P. Sylvestro, ut in sacello monasterii sui pro concione diceret. Tumultu per hanc licentiam ingravescente, Deputati duo a Vicariis Menenam advolant & post complures Parochum inter & monachos transactiones his tandem legibus pax stabilitur.

„Ut P. Sylvester publice ex ambone declararet, *Primo*: sinistre se locutum esse, „quando dixerat, prohibitum esse sub „poena excommunicationis legere S. „Scripturam in lingua vernacula. *Secundo*: „permissum esse unicuique eam legere cum venia Pastoris aut Confessoris. „*Tertio*: Pastorem esse Virum orthodoxum. „*Quarto*: Libros ab eo distributos esse bonos, qui secure & cum „fructu legi possent.

Sic

Sic impudentiæ frænum est impositum: nec multum tamen est lucrata veritas. Neque tam monachorum error, quam quod nimis crude crasseque eum proposuerint, vitio illis videtur versum fuisse. Si enim facultas legendi scripturam a iudicio Parochi & Confessoris suspenditur, pro uno Tot mille Papas habes, quot sunt Clericorum huius ordinis in Ecclesia Romana greges. Et multum fallimur, aut fluctus, qui Clerum Gallicanum agitant, huc potissimum collimant, non ut fastus Papalis supprimatur, sed ut plures, etiam inferiorum ordinum ecclesiastici, de eo participant.

F I N I S.

